8-,

Ascanius Rinal

~~A 111 ... ~~

~~14186-8~~

Digitized by Google

8.H.7.C.13

IOANNIS CRASSOTII PRÆSTANTISSIMI PHILOSOPHI INSTITVTIONES ABSOLVTISSIMÆ,

IN VNIVERSAM ARISTOTELIS Philoſophiam, hoc eſt, Dialecticam, Moralem, Familiarem, Ciuilem, Phyſiologiam, Mathematicam, & Metaphyſicam.

CVM INDICE RERVM ET VERBORVM, celebriorumque doctrinæ Ariſtotelicæ poſitionum copioſiſſimo: acceſſit præterea iuuentutis ergo, modus ſtudij philoſophici recte inſtituendi, ab auctore ipſo olim conſcriptus.

AD ILLVSTRISSIMVM D. DOMINVM FRANCISCVM DE MONTMORANCY, Cœnobij Moleſmei prudentiſſimum Rectorem, &c.

PARISIIS,
Ex Typographia FRANCISCI HVBY, viâ Iacobæâ ad inſigne Bibliæ Aureæ: Et in Palatij officina, in ambulacro carceratorum.

M. DC. XVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECTATISSIMO, AC

REVERENDISSIMO VIRO D. Domino Franciſco de Montmorancy, Chriſtianiſſimo Galliarum Regi à conſilijs, & à piæ ſtipis erogatione digniſſimo Eleemoſynario, domino de Charſonuille, & de Chaſteaubrum, Coenobij Moleſmei prudentiſſimo Rectori, &c.

IN omnibus quæ ſcita hominum, et artificioſa peritia fiunt affabrè, et compinguntur, operibus, exilia, ſubtilia, & ſubleſta commendari potius videmus, & venuſtula magis, ac elegantia iudicari, quàm quæ grandia, & grauia aduertuntur, eorumque artifices celebriores et nobiliores audire; in his primum

Digitized by Google

locum Myrmecidæ Mileſio tribuit antiquitas, qui præ cæteris laudatæ induſtriæ monumentis quadrigam ex ebore ſculpſiſſe legitur, quam cum agitatore ſuo muſca ſuis alis cooperuerit; nauim denuo, quę apiculæ pennis abſconderetur: Addit Ælianus & elegiacum diſtichum in ſeſamo minuto legumine aureis litteris deſcriptum: Callicratem inſuper prodidit Plinius, formicas, eiuſque generis animalcula, ita minuta ex ebore fabricaſſe, vt oculorum aciem prope ſubterfugerent: Ceraſi præterea calculum non minus commendant in quaſilli figuram exculptum, quo continebantur quindecim alearum paria, ſuis punctis, ſolerter adeo diſtincta, vt oculorum ſenſu acerrimo potuerint clarè dignoſci: Iliadem Homeri putamini nucis incluſam ſe vidiſſe teſtatur M. Tullius. Noſtra quinetiam ætate ad miraculum vſque in deſcribendis, vel effingendis fabricandiſque minutiſſimis operibus viros inſignes plerique omne

Digitized by Google

commemorant: in illis vero delicatulam manus vnicæ ſolertiam poſſumus prædicare. At longè profecto venuſtiores, & gratiores haberi debent mentis cœlitus in homines effuſæ contractiores & ſtrictiores præſcriptæ operationes, in quibus quin præ cæteris Ioannes Craſſotius Philoſophorum noſtri ſeculi clariſſimus præluxerit, ac enituerit, nulli vmquam dubitarunt: ſed præſertim cum ingentem illam philoſophiæ molem, & grande vaſtumque diuinæ ac humanæ ſcientiæ corpus, in compendioſum, & præciſum corpuſculum argutiſsimo ingenij acumine præſtrinxit, & extruxit: et illum ſapientiæ totius Oceanum, in anguſto et arcto libelli vnius ſcrobiculo, (vt à puerulo quondam auguſtum Eccleſiæ Chriſtianæ doctorem Auguſtinum audiuiſſe perhibent) lepide adeo ac doctè clauſit, & circunſcripſit. Quodquidem opus vt venuſtiſsimum & elaboratiſſimum, ſic omnibus optatiſſimum acceptiſſimumque fo-

re confido, ſed tibi potiſſimum (reuerende Antiſtes heteriarche) cui eæ mentis elegantiæ: ac venuſtates nuſquam non cordi ſunt & perplacent. Quæ eapropter typis notiſque literariis excudendas apprimè curaui, & in ijs audacter forteasn ſtudium nauaui, modeſtius tamen, quam ij quibus nuſquam aqua hæret, aut vacillat ſententia. Caui enim, nec tam ipſe certa adſeueratione ſtatui, quàm virorum doctiſſimorum ſuffragia exambiui: vnum audacius feci cum iuuenili huic operæ præſidium quæſiui, in tuo potiſſimum patrocinio (vir præſtes conſultiſſime) cuius vita in rebus grauiſſimis traducta, et ampliſſimis honoribus perfuncta, longe maiora alia poſtulabat, non hæc ludicra diſſerendi problemata. Sed tamen neque maximos viros inter curas ſuas puduit huc etiam ſe demittere, & tu ſecundum ſacra illa tua & cœlica ſtudia, quibus honoratiſſimum otium honeſtiſſimè oblectas; ne hæc quidem tenuiora em-

blemata contemnis: ſed inter remiſſiones maiorum cogitationum libenter te ponere norunt omnes. Nolim autem committere vt laudibus tuis et penatium, vt ſic dicam, tuorum percenſendis tibi ipſi leuis & inanis videar, mea potius adoleſcentia exiſtimatione tua indiget, quàm ſumma virtus tua cuiuſquam præconio, nedum meo, cui natura exiguas doctrinæ, nullas eloquentiæ copias & dotes elargita eſt: verbo ponam, me ſingulari humanitate tua omnibus euulguta, ita commotum, et maximarum virtutum tuarum admiratione incenſum, vt præcipuo quodam obſeruantiæ genere te mihi complectendum iudicarim. Atque ita tu me ames (vir clariſſime) ita te omnes Muſæ, vt nihil mihi prius, aut potius fuerit, quàm tui videndi, ſalutandi, cognoſcendi, adiungendique cupiditas, quæ iſtius animi hoc pignus iam tibi deſpondit, quem & poſſe illuſtri nomine atque præclara eruditione tua rectiſſime tueri

Digitized by Google

videbam, et velle pro eximia tua bonitate non dubitabam: Quæ ſpes ſi me (vt mihi perſuadeo) non fefellerit, huic libro ſatis firmum in authoritate, & amplitudine tua præſidium erit paratum, aduerſus virulentas momi & inuidiæ inſidias, mihi vero alacritas maior inijcietur, ad perpolienda alia maiorum vigiliarum opera, & tua grauitate digniora, quæ iamdiu animo concepta et inſtituta maturitatem ſuam & perfectionem expectant. Vale Cœnobiarche illuſtriſſime, & ſi merui, faue.

Tibi deuotiſſimus & addictiſſimus, Prudentius Conſtant.

Digitized by Google

AD ZOILVM.

ZOile, ſi ſolito librum petis vngue voraci,
Gaudeo: nam virtus nulla liuore caret.
Vipereumne vomis ſolo ſub nomine virus,
Quod libros faciat luce carere tuos?
Inuideas cupio: laudem cum deteris, auges.
Sic virtus probro; frigore flamma viget.

Eximio Philoſopho Ioanni Craſſotio, Epigramma.

MUlta docet paucis, claris obſcura, Latinis
Barbara; quam magni eſt hoc opus artificis?
Prudentius Conſtant. diſcip.

IN EVNDEM.

ECce quid auſteri valeant, rigidique labores,
Qui melior merces vltima ſemper erunt.
Dum tua corporeo, Craſſoti, vincta iaceret
Carcere mens, geſſit, quæ meliora decent.
Hinc tibi grande decus ceſſit: nam fama labore
Manare ex magno, non niſi magna ſolet.
Sic tu ſemper eris: rediuiui nam alitis inſtar,
Principium, finis, mors tua vita fuit.
Ergo ſalutiferos vitæ iam diuide curſus,
Non tu mortalis, te mala fata latent.
Nunc Cœlo frueris, meliori parte ſuperſtes:
Aurea mirantur dum tua ſcripta ſophi.
Iacob. Poignant.

Digitized by Google

MONITVM,

AD LECTOREM.

AEQVVM iudicaui (candide lector) abſconſo Craſſotij ſole facem huic operi præferre: ne quamuis excuſum perpetua inuolueretur caligine aut propter ſcribendi rationem, aut propter ignotas diuerſarum Inſtitutionum cauſas, quæ nunc tibi proponuntur: multis enim non contigit viuo ore authoris doctrinam excipere, & quia

——— ——— Ignoti nulla cupido.

Noueris, ſi lubeat, modum tradendæ philoſophiæ celeberrimi Craſſotij inſpicere, & admirari.

Doctiſſimus Craſſotius virium ingenij humani non ignarus, naturæque aſſiduus indagator, ſuas Inſtitutiones, ad naturæ imitationem compoſuit: hiſque, vt cuilibet ſemini par eſt, vim quamdam productiuam indidit: vt poſtquam altas radices in memoria egerint, dulciores fructus, iudicio, æquiſſimo moderatori, præberetur, & corporis philoſophici trunco ſimilis arbor produceretur.

Nulla certior via tradi poteſt, ad inſerendas animo ſcientias, per breues ſynopſes, fœcundiores: his, tum veſtutiores, tum recentiores vſi ſunt: vt ad opera ſua, claritate, iucunditate, vtilitate facilior via daretur. Hiſtoriographorum celebriores,

Digitized by Google

Iuſtinus, Diodorus, Florus, orbis terræ innumerabilium euentuum obſcuriores labyrintos, compendiorum filo effecerunt. Medicis Magiſtri Hippocratis Aphoriſmata, Mathematicis Euclidis elementa, Theologis ſententiarum Magiſter, Iuriſperitis Cuiacij doctiſſimi inſtitutiones, & quæ paratitla vocitant, proponuntur. Ne longũ faciam omnibus omnium ſcientiarum, et artium authoribus, poëtis, oratoribus, tales manuductiones vtiles, & peramœnæ viſæ fuerunt.

Celeberrimi authoris rationes adducam, quibus compendiorum vtilitas innoteſcat. *Integra Methodus* (inquit) *quamquam puſilla, vtilior, fœcundior quam membrum ſingulare, licet ingens & operoſum: conciliant enim lucem, vt priora poſterioribus: ita poſteriora prioribus, ideo partium ſymmetria opus, vt vnico quaſi intuitu ſingulas ſcientiæ partes proſpicere liceat.*

Grandia opera, vix vno aſpectu mentis comprehendere poſſumus. Domuncula paſtori vtilior, ad propulſandas temporis iniurias, quam murus magnæ, & ingentis molis.

Iam vt Naturæ triplicia opera præſtantiora [intelligo nidum, plantam puſillam, & animalculi fœtum] authorem illuſtriſſimum imitatione aſſecutum fuiſſe, cuius manifeſtum ſit, ſingulis inſtitutionibus, ſingula naturæ exemplaria adhibuiſſe, ſibique propoſuiſſe, aperiam.

Prima Inſtitutio philoſophica conſtruitur ad inſtar *Nidi*, quæ continet prima elementa philoſophiæ Peripateticæ, maxime vero ea, quæ inſeruiunt ad intelligenda prima principia, quæq; ſunt quaſi προγνώσεις, neceſſario recolendæ, quibus iter paratur ad philoſophiam. Nidus [vt

cuiuis notum] auiculæ neceſſarius, vt foueatur, educatur; eſtque adiumentum, & quaſi præparatio ad futuram progenerationem; eſt enim quid ſimpliciſſimum ex molliori ſtramine, aut luto affabrè factum: ideo doctiſſimus docendi Magiſter à magis neceſſarijs, ſcilicet à Definitione, Diuiſione & fine philoſophiæ orditur, vt vnico intuitu totius philoſophiæ membra dignoſcere poſſis. Deinde ordine naturæ progreditur à ſimplicioribus, ad magis compoſita; à notioribus ſecundum ſe, ad notiora ſecundum nos rudes, methodi naturæ religioſiſſimus obſeruator, initium faciens à metaphyſica, deinde phyſicæ, moralis, logicæ prima rudimenta, & præcognitiones neceſſarias, ſingulis capitibus proponit.

Secunda Inſtitutio componitur inſtar *Puſillæ plantæ* aut germinis: Vbi non tam methodum vniuerſam philoſophicam tradit, quàm eius radicem, & fundamentum, cui innititur: ita vt membra deinde ſuccreſcant membris. Hæc autem continet quæ alijs Introductionibus inſeruire poſſunt, quæque habent robur quoddam iuuenile, cuiuſmodi ſunt obiectum, finis, & principia cuiuſuis ſcientiæ philoſophicæ, ex quibus totius philoſophiæ propagatio ſuccreſcat; hortulanorum more, qui vno eodemq; tempore, multos diuerſæ ſpeciei arborum ſurculos inſerunt, vt amplam multarum frugum meſſem, ſequentibus annis, colligere poſſint. In ſcientijs res eſt, vt in arboribus, in quibus conſerendis (*vt ait Colum. de re. Ruſt. cap. 12.*) plurimum capitur commodi, abſque vllo diſpendio; ſi non in præſens, certe in poſterum.

Et dubitamus adhuc ſerere, atq; impendere curam?

Digitized by Google

AD LECTOREM.

In hac ſecunda Inſtitutione, legitur tractatus generalis de methodis didaſcalicis, qui docet modum conſtruendæ ſcientiæ, obiecti cognoſcendi. Deinde agitur de arte, quàm accuratiſſimè fieri poteſt. Magnus Craſſotius totius ingenij & philoſophiæ vires, in illuſtrationem huius capitis impendiſſe videtur. Comprehendit enim materiam, finem, & obiectum, facultates, & functiones, quæ cuilibet arti, tum liberali, tum illiberali, ſeu mechanicæ inſeruire poſſint. Poſtea verba fiunt de condendis compendijs, diuerſiſque eorum formis. Poſtremò de ijs, quæ ad conſtitutionem totius philoſophiæ ſpectant; ne mirum videatur ijs, qui illotis (vt aiunt) manibus, philoſophicis initiantur, quo ordine in tractatione progreſſus fiat.

His plantationum radicibus tyronum mentibus commiſſis, tertium philoſophicæ Inſtitutionis ſpecimen tibi (Lector ſtudioſe) proponitur, quod inſtar *fœtus animalculi*, minime mutili complectens omnia membra præcipua, ſed conſtrictioribus dilatationibus contenta, more pictorum, qui obſeruatis humani corporis proportionibus, ingentem hominem minima charta depictum exhibent. Huius generis inſtitutiones quintuplices ordine methodico numerantur, Logica, Moralis, Phyſica, Mathematica, Metaphyſica, quas author vocat: *Compendia ante accuratam methodi comprehenſionem*: habentque, vt animalcula, totidem partes, quot perfectum corpus, vnde decerpta ſunt, & eodem plane ordine diſpoſitas: vt ſi memoriæ mandentur, paulatim corpore philoſophico veluti ſalubriori alimento creſcant, & adaugeantur. Hæ quinque inſtitutiones definitionibus, & diuiſionibus Ariſtotelicis præcipue illu-

Digitized by Google

ſtrantur,quæ fœcundiora, & communiora complectuntur, ne tam crebriori iteratione in pertractanda accuratiori philoſophia, ſæpius idem repetatur, lectoribuſque iterum atque iterum amaris immaturæ philoſophiæ radicibus exhibitis, nauſea moueatur.

Ac ne quis immerito mihi ſuccenſeat, quod inter philoſophiæ ſepta incluſerim Mathematicas diſciplinas, quarum diſcrimen à phyſica tam aperte oſtendit Ariſtoteles 2. phyſ. c. 2. Dicatque Mathemata non eſſe philoſophicæ ſpeculationis. Sciat (velim) me id ex authoris mente feciſſe, qui hæc ſemper cum philoſophia coniungebat, propter affinitatem, quæ inter has μαθήσεις & phyſicam intercedit. Diuiduntur enim mathematicæ in puriores, quæ magis differunt à phyſiologia: & in impuriores, quæ maximè ad phyſicam conferunt, earumdemque cognitio philoſopho naturali inſeruit. Quare de impurioribus agendum erat, proindeque de purioribus mathematicis, *oppoſitorum enim eadem ſcientia*, per methodorum leges. Deinde patet has conſulto ab auctore includi; ex inſtitutione ſecunda. cap. de philoſophia compendiaria, vbi quærit: quotuplex ſit forma. (tot enim debent eſſe theoreticæ ſciētię quot formarum genera, quia theoreticę forma, practicę vero materia conſideranda veniat.) Triplicem reſpondet: Phyſicam, mathematicam, & metaphyſicam, pro triplici abſtractionum genere. Si lubeat, conſule hoc caput: vides apertè (ingenue lector) imperfectam fuiſſe tractationem agere de Phyſica, & Metaphyſica abſtractione, omiſſis Mathematicis.

Quicquid ſit, te priuari Mathematicis compen-

Digitized by Google

diarijs tanti viri, nolui, ne ingrato animo, quod ſudore tibi typis mandare curaui, excipias: & bonum malo compenſes.

Subiunxi ſententias quaſdam Ariſtotelicæ ἀκροάσεως, ordine alphabetico comprehenſas, quibus Ariſtotelis authoritas, cuilibet vſui eſſe poſſit. Multi enim diſputantium ſententias, & axiomata proferunt, nulla freti authoritate, ſicque nitore, quo fulgere debent diſputationes nudantur.

Non te terreat haud inuſitata per tabulas ſcribendi ratio, multis enim grauibus viris placuit, vt conſulerent cùm menti, tum memoriæ. Menti enim tabulæ proſunt, claritate, totius enim diuiſionis membra vnico aſpectu apprehenſa, & alio charactere conſignata, facilius innoteſcunt, quam ſi vnum tantum proponeretur. Totum notius ſecùndum nos rudes, quàm pars. Quanto hæ tabulæ ſint ſubſidio memoriæ, neminem latet, breuitas tabularum mirifica, & grata, & vtilis memoriæ, vnum enim membrum reducit in memoriam appoſitum. Si quis operam nauare voluerit memoriam his diuiſionibus diteſcere, difficile creditu, quam iucunda, & quanti emolumenti ſit futura eruditio. Ex paucis verbis iudicium infert, concluit, ratiocinatur. Memoria etiam paucis contenta rauitate oneris non eneruatur. Si quæ difficultas terpretationem poſtulet, quæ tabulis interſeri n poſſit, ne nimia prolixitate claritas requiſita underetur, ſtatim paucis interpoſitis lineis exatio nitidior, prolixior adiungitur, potius m in ipſum intrudatur.

ale (Candide Lector) his paucis viuo ore ab authore exceptis te monere volui, ne parte

Digitized by Google

inauditâ ſententiam ferres, doctiſſimumque Craſſotium, ordinis amantiſſimum, æmulatorem naturæ accuratiſſimum, obſcuritatis & diuerſarum inſtitutionum indigeſtæ varietatis damnares. Perfectiſſimum, & ampliſſimum corpus Philoſophicum, quod magna cum diligentia, breuî in lucem proponetur, clariorem difficultatum harum inſtitutionum enodationem tibi pollicetur. Diſce memoriter, quamuis non intelligas: Nam memoria iudicium præcedere debet, & arca theſauris debet inſtrui, antequam iiſdem vtaris & diſponas. Ordo pernobilis præſcriptus, ordine etiam has diſcas, ſecundum regulas, quas author ipſe ſuis tradebat, & tibi in fine harum Inſtitutionum, diligenter euoluendas, propoſui.

Tui progreſſus amantiſſimus,
PRVDENTIVS CONSTANT.

IN IOANNEM CRASSOTIVM PRÆCEPTOREM SVVM.

OBſtrepero lymphas currentes murmure, arenas
Secum verrentes; aſtra minora cano.
Nili, ſed ſi quando volo contingere ripas.
Ardentem vel ſi luce micante polum.
Mens nimio tremula caligat fulgure lucis,
Attonitus ſtrepitu penna repente cadit.
Craſſotius ardens virtutes pangere, turba
Obrutus ingenti, vox ſilet, & calamus.
Quod nequeam calamo, nec voce, ſilentia præſtent:
Plurima quodquè nihil, me ceciniſſe puta.

P. BVLENGERVS.

IOAN-

IOANNIS

CRASSOTII

PRIMA IN PHILOSOPHIAM INSTITVTIO.

PRIMA ELEMENTA Philoſophiæ peripateticæ.

CAPVT I.

De Philoſophia, & Philoſophicis.

Quid fœlicitas humana?

EST diu, & benè viuere vitam humanam, ſiue mente vti, & voluntate.

Quid Philoſophia, ſiue ſapientia?

Eſt virtus mentis, quæ adiuncta probitati procurat naturalem hominis beatitatem.

Digitized by Google

Quotuplex?

Duplex. { Vna *theoretica*, quę conſiderat *diuina*, id eſt Deum & opera eius.
Altera *practica*, quæ conſiderat *humana*, id eſt hominem, & quæ hominem agere decet.

Quotuplex theoretica?

Duplex { *Phyſica*, quæ contemplatur res naturales, & *corporeas*, vt cœlum, arbores.
Metaphyſica, ſiue poſtnaturalis, quæ partim *ſpiritalis*, partimque *communia* rebus ſpiritalibus cum corporeis: p. veritatem, bonitatem, durationem.

Quotuplex practica Philoſophia?

Duplex { Vna inſtruit *mentem*, quæ appellatur *Logica*.
Altera *voluntatem*, quæ dicitur *ethica* ſiue moralis.

Quæ ſunt Philoſophiæ moralis partes?

Eſt { 1. Proprie *moralis*, quæ exponit generatim *honeſtam actionem*.
2. Dicitur *monaſtica*, & moderatur actiones *voluntatis*, quatenus referuntur ad vtilitatem, & bonū eius, qui honeſtè agit.
3. Eſt *œconomica*, quæ contemplatur

honeſtas actiones, quatenus referuntur ad familiæ bonum.

4. Et princeps eſt *politica*, quæ eaſdem, ſed quatenus referuntur ad rempub.

CAPVT II.

De Metaphyſica Theoretica, & rebus Metaphyſicis.

Quotuplex res?

Dup. { Vna *ſpiritalis*, vt Deus, Angelus. / Altera *corporea*, vt arbor, calor, color. }

Quotuplex doctrina de rebus?

Eſt { 1. de re generatim. / 2. de rebus *ſpiritualibus*, incorporeis. / 3. de rebus *corporeis*, & appellatur *phyſiologia*. }

Quid Metaphyſica?

Eſt doctrina illa prima, cum ſecunda.

Quid conſiderat, habet've pro obiecto adæquato?

τὸ *ens* ita explicabile, vt non deſcendas ad materiæ, & corporis concretionem.

Quid maximè conſiderat in ente?

Principia, proprietates, mutationes, diuiſiones.

Digitized by Google

Quid principium?

Eſt aliquid *primum vnde aliud quid*, vt exempli gratia, fons vnde riuus.

Quot genera principiorum?

Duo:
- Quædam ſunt *principia cognitionis* τοῦ cognoſci (*de l'eſtre cogneu*) vt fumus, ſi cum igni conferatur, fructus, ſi cum flore.
- Quædam principia *rei* ſiue τοῦ eſſe: vt ignis ſi cum fumo conferatur.

Princi-pium.

Quotuplex principium rei?

Eſt:
- Aliud *externum*, quod non eſt de natura rei, vt ædificij finis, opifex, & exemplar.
- Aliud *internum*, & pars rei, vel quaſi pars, vt genus, & differentia, potentia & actus, materia & forma, eſſentia & exiſtentia. *Puta.*

Genus & differentia, vt animal & rationale, ſi cum homine conferantur.

Materia & forma, vt marmor & figura, animus & virtus.

Potentia, vt figurabilitas marmoris.

Actus & energia, vt figura marmoris.

Eſſentia & exiſtentia, vt natura hominis, & τὸ exiſtere illius.

Quid eſſentia rei?

Id quod de ipſa affirmatur ad quæſtionem

Digitized by Google

factam per *quid eſt*: vt de homine animal rationale.

Quot ſunt genera proprietatum? *Proprietates.*

Sunt {
- Quædam *certæ rei* non cuiuſuis: quo modo proprium eſt, ridere hominis, hinnire equi.
- Quædam *cuiuſuis rei*, vt veritas, vnitas, bonitas.

Ens, res, aliquid, vnum, verum & bonũ.

Verum & bonum reciprocantur in hunc modum: res omnis eſt bonum, omne bonum eſt res, omne ens eſt verum, omne verum eſt ens.

Quiduis, bonum eſt, licet non quouis modo; falſum aurum non eſt aurum.

Falſum argentum non eſt argentum, &c.

Ergo falſum ens non eſt ens, ideò res omnis eſt vera.

Quid motus, ſiue mutatio? *Mutatio.*

Mutari, vt igneſcere, extingui, nõ eſt *eſſe*, neque *non eſſe*.

Sed mutatio, eſt quaſi progreſſio à non eſſe, ad eſſe, vel contrà.

Quotuplex mutatio?

Duplex {
- Vna per quam res *admittit* τὸ eſſe, & dicitur productio, geneſis, generatio.
- Altera per quã *amittit* τὸ eſſe, & dici-

tur corruptio, vt extinctio, obtenebratio.

Quotuplex productio?

Eſt { Vna per quam fit aliquid ex nihilo, & dicitur *creatio*, vt productio Angeli, & animæ rationalis.
Altera per quam aliquid ex aliquo, vt ignis ex ligno, domus ex lateribus. }

Quæ principes entis differentiæ ac diuiſiones? Quotuplex ens?

Prima diuiſio.

Eſt { *Totale*, vt domus, homo.
Partiale, vt later, paries, caput. }

2.

Eſt { *Momentaneum*, vt mors hominis.
Succeſsiuum, vt menſis.
Permanens, vt color, lumen, homo. }

3. 4.

Eſt { *Increatum*, *vel creatum.* } { *Infinitum*, *vel finitum.* }

5.

Eſt { *Diſcretum* vt numerus, exercitus.
Non diſcretum vt calor, homo. }

6.

Eſt { *Abſolutum* vt homo, candor, candidus.
Reſpectiuum ſiue relatiuum, vt pater candidior. }

Abſoluti natura non eſt poſita in comparatione.

Digitized by Google

7.

Eſt { *Reale*, quod eſt vel eſſe poteſt in natura rerum, vt Cicero, calor, eloquentia.
Rationale, quod eſt in cogitatione, nec eſſe poteſt in natura rerum, vt chimera, conſulatus Ciceronis, ſeruitus agri. }

8.

Eſt { *Ens potentia* vt illuſtrabile, ignibile.
Ens actu, vt lucidum, ignis, calidum. }

9.

Eſt { Vel *ſubſtantia*, vt homo, arbor, lapis.
Vel *accidens*, vt calor, durities, ambulatio. }

Etenim. { In eo quod hominem vocas, multa per cōgeriem offenduntur. p. figura, magnitudo, calor, color, &c.
Sed id cui cætera infiguntur & inhærēt, vocatur *ſubſtantia* & ſubiectum, vt natura humana. }

Cetera nuncupantur *accidens, affectio.*

Quid ergo ſubſtantia?

Id quod *per ſe* ſubſiſtit, neque inhæret alteri rei, n. eo modo quo marmori candor.

Quid accidens?

Quod inhæret atque inexiſtit alteri rei, vt marmori color.

Quotuplex ſubſtantia?

Eſt { Vel *corporea*, vt cœlum, aër, arbor.
Vel *incorporea*, & ſpiritalis, vt Deus, Angelus, anima noſtra. }

Accidentium quot ſunt genera?

Nouem, quæ numeranda poſtea. n. *quantitas, qualitas, relatio*, &c.

Quomodo ens vnũ diſtinguitur ab altero?

Diſtinguitur. { Vel *realiter*, vt Petrus à Paulo.
Vel *ratione* tãtùm & conſideratione, vt miſericordia Dei à iuſtitia eius; }
animalitas Socratis, ab illius rationalitate.

CAPVT III.

De Phyſica & rebus phyſicis.

Quotuplex corpus?

Duplex { Vnum eſt *artificioſum*, vt currus, domus.
Alterum *naturale*, vt vua lapis, homo. }
Naturale mouetur à ſe vt vua naturalis.
Artificioſum nõ habet intra ſe principiũ ſui motus, & ſuæ quietis, vt currus.

Vua { Naturalis interno à principio.
Cerea ab externo. } mouetur.

Digitized by Google

Quid Phyſica?

Eſt ſcientia theoretica, quæ contemplatur mundum ſenſibilem, & corpus naturale.

Quid natura?

Eſt
1. Poteſtas Dei ordinaria, per quam mundus adminiſtratur.
2. Tota eſſentia rei naturalis, vt tota hominis eſſentia; potiſſimum quatenus eſt principium operādi.
3. Eſt materia, vel forma ſubſtantialis rei naturalis, vt corpus noſtrum, & anima noſtra.

Quid-nam tertio ſignificatu?

Eſt principium ſubſtantiale rei naturalis, quod cauſſa eſt motus & quietis in eo, in quo per ſe eſt.

Etenim.
- Ars vt architectura, non mouet in eo, in quo eſt, ſed in alio; exempli gratia, in ligno, lapide.
- Natura mouet in eo in quo eſt.

Quotuplex natura?

Duplex.
- Vna eſt paſſiua. n. *Materia* rei naturalis, vt corpus noſtrum.
- Altera *actiua*, n. forma, & energia ſubſtantialis, vt anima noſtra.

Quidnam eſt de naturalis corporis eſſentia. p. hominis?

Quidquid illic inuenitur, puerorũ iudicio.
Veteribus ſola materia.
vt apud Thaletem aqua ſola,
Platoni ſola forma ſubſtantialis. p. anima noſtra, itaut materia ſit receptaculum, non pars naturalis corporis.
Peripateticis *materia* & forma ſubſtantialis, vt corpus meum, & anima mea.

Quid ergo corpus naturale?

Subſtantia compoſita ex duabus naturis. n. materia & energia ſubſtantiali.

Nam { Vt opus artificioſum eſt *hoc in hoc*. p. *gladius*, certa figura in certa materia.
Ita naturale opus, & corpus eſt *hoc*, in *hoc* certa energia, in certa materia, p. anima in humano corpore. }

E. gr. { Vt in ſtatua marmorea marmor & figura.
Ita in homine, id quod dicitur corpus & anima rationalis. }

Principium: *Quæ ſunt principia rei naturalis & quot?*

{ Si ſpectetur τὸ eſſe, ſunt materia & forma, & dicuntur *principia compoſitionis.*

Diſt. { e. gr. { Lucidi principia ſunt, materia & lumen.
Hominis corpus & anima rationalis.

Si ſpectetur τὸ *mutari* (incipere & deſinere) ſunt tria. n. *materia, forma & priuatio.*

e. gr. { *Illuſtrationis* principia, ſunt materia, lumen & tenebræ.
Obtenebrationis, tenebræ, lumen & materia.

Cur in mutatione naturali materia opus?

Materia naturalis quę interdum dicitur corpus, eſt ſubſtantia rudis, incorruptibilis tamen, ex quâ primâ prodit & componitur res naturalis.

Eſt aliquid ſubſtantiæ in **hocce** ligno, quod nunc habet energiam per quã eſt lignũ, eamque amittere poteſt, cum ſua incolumitate, acquirendo aliã vt ſit ignis, & ſic deinceps. Id quidquid ſit, dicitur materia naturalis corporis.

eadem materia { Dum conſideratur ſola, dicitur *materia prima.*
Dum conſideratur vt coniuncta cũ diſpoſitionibus accidẽtarijs, puta colore, magnitudine, &c. dicitur *materia ſecunda.*

Quid materia facta, infecta?

Materia { Facta, quę elaborata & impoſita operi.
Infecta, quę informis & nondum elaborata.

Datur-ne infecta materia?

Diſt. { Apud artifices datur.
Apud naturam non datur.
Ideo non fit nouum opus niſi deſtruatur vetus. Corrumpitur ex. gr. lignum vt fiat ignis.

Quid forma naturalis?

Dicitur { Latè energia & perfectio, quæ adiungitur materiæ, vt anima, figura, calor.
Antonomaſticè energia ſubſtantialis, quæ adiungitur materiæ ad corpus naturale abſoluendum, vt anima noſtra.

Quotuplex forma naturalis?

Eſt { Vna *ſubſtantialis*, quæ ferè nomine caret, eſtque inſenſibilis vt anima noſtra, energia ferri, energia auri.
Altera *accidentaria*, vt calor, frigus.

Quid priuatio?

Priuatio eſt quando res non habet, quod habere poteſt, aut debet.

Digitized by Google

Priuatio eſt abſentia formæ à ſubiecto idoneo, materiaue idonea, vt tenebræ, cœcitas.

Quid tandem principium naturalis corporis?

Eſt aliquid internum, & primum vnde res naturalis, aut mutatio eius.

Quid cauſſa?

Cauſſa.

Cauſa { Id ad cuius eſſe ſequitur τὸ eſſe alterius.
Id propter quod, id ex cuius eſſe reſilit τὸ eſſe alterius. }

Quotuplex cauſa apud Phyſicos & artifices?

Prima diuiſio.

Eſt { *Præcipua*, vt ignis, architectus.
Inſtrumentaria, vt calor, malleus. }

2

Eſt { *Finis*, vt ignis, architectus.
Efficiens, vt calor, malleus.
Materia, vt corpus noſtrum.
Forma & energia, vt anima, figura. }

Quæ ſunt principes & communiſſimæ affectiones naturalis corporis?

Magnitudo { Linea, vt milliare.
Superficies, vt iugerum.
Moles, vt modius. }

Digitized by Google

Figura, vt globoſa, cubica, &c.

Duratio, quę momentanea, vel non.

Locus, & τὸ vbi ſiue τὸ eſſe alicubi.

Situs, vt iacere, ſedere.

Contactus per ſuppoſitum, per virtutem.

Tangit { Sol ceram ſola *virtute*, nempe lumine.
Ignis lebetem per ſe, per *ſuppoſitum*. }

Actio, vt comburere, calefacere.

Paſſio, vt comburi, calefieri.

Motus, ſiue mutatio, quæ varia.

nempe { *Generatio* propriè, vt productio hominis, ignis.
Corruptio, propriè, vt mors hominis.
Incrementum, vt quando adoleſcimus.
Decrementum, vt quando macreſcimus,
Alteratio, vt calefactio, dealbatio.
Motus localis, vt ambulare, cadere. }

Quies, vt manere in centro, manere calidū.

Quotuplex corpus naturale?

Eſt { Vel *ſimplex* vt cœlum, & quatuor elementa.
Vel *mixtum* & conflatum, ex quatuor elementis. }

Digitized by Google

Quotuplex mixtum?

Eſt { Vel imperfectè mixtum, vt nix, glacies.
Vel perfectè mixtum. }

Idq; { Siue viuat, vt animal, planta.
Siue non, vt lapis, metallum. }

Quod viuit animam habet.

Quotuplex anima?

Triplex { *Vegetans*, per quam fit mutatio, & incrementum.
Sentiẽs, cuius eſt ſentire, videre.
Rationalis, cuius eſt ratiocinari, velle, &c. }

CAPVT IIII.

De Ethica, & rebus ethicis.

Quid docet Philoſophia moralis?

Honeſtam actionem modumue honeſtè agendi.

Quæ honeſta actio?

Quæ ita libera, & voluntaria, vt commenſuretur fini & circumſtantijs.

Vnde intelligitur honeſtè agendi ratio?

1. Ex *fine* ad quem tendit res moralis.

2. Ex *facultate* morali, vnde prodeunt morales actiones.

3. Ex *obiecto* facultatis.

4. Ex *functionibus* p. largitione.

5. Ex *habitibus*.p. iuſtitia, iniuſtitia.

Finis. *Quis finis negotij moralis?*

Practica beatitas, ſiue illa quæ continetur perfecto vſu liberi appetitus, ſeu diuturna & honeſta actione.

Vnde hæc?

Prodit { Partim à *prudentia*, quæ mẽtis } vir-
Partim à *probitate*, quæ voluntatis. } tus.

Perficit { Hæc finem & intentionem.
Illa media, quæ ad finem referuntur, commenſurat.

Vnde probitas & prudentia?

A *natura*, doctrina, & exercitatione.

Quæ ſunt humanę ſeu morales facultates?

Opus { Mente *morali, vt ſcias bene viuere.*
Voluntate vt velis bene & honeſte viuere: ſic autem libertas inuenitur.
Et *vi executrice*, vt poſſis bene honeſtéque viuere.

Cuius eſt facultatis executio in moralibus?

Eſt *liberi appetitus*, cum mente & vi motrice.

Quotuplex

Quotuplex appetitus in homine?

Duplex { Vnus eſt *rationalis*, qui per ſe eſt liber: & dicitur *voluntarius*. Alter *irrationalis*, qui dicitur *ſenſitiuus*, *belluinus*. }

Quotuplex belluinus appetitus?

Duplex { Vnus *concupiſcens*, vbi amor, dolor, &c. Alter *iraſcens*, vbi ira, metus, &c. }

Quotuplex libertas?

Duplex { Vna *contradictionis*, per quam poſſumus velle, & non velle. Altera *contrarietatis*, per quā velle & nolle. }

Aſcendere & non aſcendere eſt contradictio.

Aſcendere & deſcendere eſt contrarietas.

Quid-nam facultati proponitur morali pro obiecto circa quod occupetur? Obiectū.

Bonum & malum humanum, ſiue quidquid homini libertate vtenti optabile, aut auerſabile.

Quot ſunt genera bonorum humanorū?

Prima diuiſio.

Sunt { *Animi*, vt ſapientia, probitas. *Corporis*, vt ſanitas, pulchritudo. *Externa*, vt gloria, amici, opes, }

2.

Sunt *vtilia*, iucunda, honeſta.

3.

Expetuntur
- *Propter ſe*, vt voluptas.
- *Propter aliud* vt ſectio venæ.
- *Propter ſe*, & *propter aliud*, vt medela ſuauis.

Functio.

Quæ ſunt morales functiones?

Eſt
- *Mentis* moralis *deliberare*.
- *Voluntatis* velle, frui, intendere, eligere, vti, conſentire, nolle, dolere, ideóque & imperare.
- *Concupiſcentis* appetitus *amor*, cupiditas, voluptas, &c.
- *Iraſcentis* ira, ſpes, & deſperatio, timor & audacia.
- *Vis motricis* pugnare, largiri.

Habitus.

Quot ſunt habitus morales?

Habitus morales ſunt *vitia*, aut *virtus*.

Sunt
- Vitioſi & vituperabiles, vt imprudentia, iniuſtitia, ignauia.
- Aut honeſti & laudabiles.

Tumque.

Sunt
- Vel *corporis*, & motricis facultatis, vt aſſuetudo honeſtè ſalutandi.
- Vel *animi* vt prudentia, cum ſcientia morali.

Digitized by Google

Vel *appetitus*, & ſunt propriè morales virtutes.

.p. *Voluntatis* vt iuſtitia, pietas.
Concupiſcentis appetitus, vt temperantia.
Iraſcentis appetitus, vt fortitudo.

Quid moralis virtus?

Habitus electiuus poſitus in ea *mediocritate*, quam preſcribit recta ratio.

CAPVT V.

De Logica & oratione Logica.

Quid logos dum ſumitur pro humano ſermone?

Eſt conceptio mentis, ſiue cogitatio rei, quatenus repræſentat quod cogitatur.

Quotuplex logos, ſermoue noſter?

Duplex:
- Vnus *interior*, qui nuda cogitatio rei, vbi res cogitata, & cogitatio. προφόριχος; (ἐνδιάθετος)
- Alter *exterior* & prophoricus qui cogitatio rei, ſigno exteriori circumueſtita, & declarata. λόγος.

Digitized by Google

Quotuplex ſermo exterior?

Eſt vocalis, ſcriptus, aut alio ſigno expreſſus.

Quid vocalis ſermo?

Res concepta, cum cogitatione voce expreſſa.

In vocali ſermone quæ-nam occurrunt?

3.
- 1. Vox, vt nomen *homo.*
- 2. Quod concipitur, vt *res*, quæ dicitur homo.
- 3. Cogitatio, functioue mentis, quæ triplex.

nempe
- 1. Vt cogitatio hominis.
- 2. Vt homo ſentit.
- 3. Vt homo ſentit, ergo eſt animal.

Quotuplex ſermo vocalis?

μνημονικὸς λόγος. ἐνδεικτικός.

Duplex
- Vnus eſt commonefactorius pro memoria vt oratio grãmatici.
- Alter pro mente, qui endicticus, indicatorius, logicus.

Quid ſermo logicus, ſiue logica oratio?

Oratio quæ propria vi, ducit in notitiam rei latentis, & rem facit notiorem, credibiliorem.

Quæ ſunt ſpecies logicæ orationis?

Definitio, diuiſio, argumentatio, methodus.

Quid definitio?

Oratio logica reciproca, quæ declarat *quid res ſit*, aut quid vocabulum ſignificet, vt animal rationale.

Quid diuiſio?

Oratio logica per quam adæquate tribuitur totum in partes, aut vocabulum in ſignificatus, vt animal in hominem, & belluam, &c.

Quid argumentatio?

Oratio, logica vbi vna propoſitio ex alia, aliiſue infertur, concluditur.

Quid methodus?

Oratio logica iuſtioris magnitudinis, vt arythmetica.

Quæ ſunt principes cauſæ logicarum orationum?

BIBLIOTECA ... ROMA

Sunt
- *Finis*, vt veritatem aperire.
- *Opifex* Deus, cum mente & virtutibus dianoëticis.
- *Obiectum*, res intelligibilis.
- *Elemẽta*, termini & propoſitiones.

Vnde appellatur Logica? *Logica.*

A logo & vocali ratione, quia docet bene

ſentire, & bene eloqui accommodate ad veritatis illuſtrationē, vt dialectica à *dialogiſmo*.

Quid Logica?

Eſt { Vt architectura ars ſtruendi, & explorandi domos:
Ita logica ars conſtruendi, & reſoluendi examinandiue, logicas orationes & doctrinas.

Quid doctrina?

Eſt { Intelligentia per intelligentiam.
Intelligentia pendens ex prænotione.

Quid proponitur Logicæ pro argumento & materia?

Proponitur { Pro remota, *intelligibile.*
Pro proxima, *recta intellectio* idoneaue ad veritatis illuſtrationem, ſeu *logica oratio.*

Quæ ſunt Logicæ Peripateticæ partes?

Eſt { 1. de doctrina, & ſermone.
2. de ſcientia, & perpetuo ſermone.
3. de opinione, & dialogiſmo, & hæc dicitur propriè *dialectica.*

{ De vocibus. p. de nomine, de verbo.

Agitur { De notionibus, mentiſue operationibus.
De rebus intelligendis. p. de ſubſtantia, de accidente.

CAPVT VI.

De animi intuitu, & terminis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De vocalibus terminis.

Quid intueri animo, ſiue prima mentis operatio? *Prima mentis operatio.*

Intuitus animi eſt intelligentia rei expers affirmationis, & negationis.

Quotuplex?

Duplex { Vnus *ſimplicior*, qui dicitur *terminus*, pars orationis.
Alter *compoſitus*, & complexus qui oratio, vt Deus ſanctus.

Quotuplex terminus?

Eſt interior, vocalis, & ſcriptus.

Quid vocalis terminus?

Simplex conceptio voce expreſſa.

Digitized by Google

Quot ſunt in vocali termino?

Tria, vox, cogitatio, & res cogitata.

Quot modis ſumitur?

Duob.
- *Materialiter*, pro *voce* in hunc modum, Petrus eſt nomen.
- *Perſonaliter*, pro *re concepta*, hoc pacto: Petrus eſt homo.

ARTICVLVS II.

Diuiſiones termini per vocem.

Prima diuiſio.

Terminus eſt
- *Ambiguus* & dicitur *homonymus*, æquiuocus, vt ius, canis.
- Vel expers ambiguitatis, & tunc ſi eſt cõmunis dicitur *ſynonymus*, ſiue vniuocus.

Quid ſynonymus?

Dicitur
- Grammaticè, qui *eiuſdem* ſignificationis cum alio, vt culter, gladius.
- Logicè, qui *vnius* ſignificationis.

Nonne quiuis terminus ambiguus?

Quiuis ſed non ſemper & vbique.

Eſt	Periphraſticus / vel non	elegans / inelegans	vſitatum / inſolens

ARTICVLVS III.

Diuiſiones per conceptionem.

Prima diuiſio.

Eſt { *Abſolutus* termin⁹ qui ſenſu ſubſtantiuus, vt homo. *Subſtan-ſtiuus.*
Connotatiuus, qui ſenſu adiectiuus, vt doctus, doctor, &c. *Adiecti-uus.*

2.

Eſt { *Categorema*, quod *dicitur* vt homo.
Syncategorema, quod *ſimul dicitur*, vt prudens prudenter.

3.

Eſt { *Singularis*, qui de vno tantùm affirmatur, diciturque indiuiduum, nomen propriũ, vt Bucephalus, Lutetia.
Communis, qui de duobus, pluribuſue ſigillatim affirmatur.

Quotuplex communis?

Eſt { Vnus cum ambiguitate, qui dicitur *homonymus*, ęquiuocus, æquiuocum æquiuocans.
Alter communis citra ambiguitatem, qui dicitur *ſynonymus*, vniuocus & vniuerſale.

Quid vniuerſale?

Terminus communis, qui de pluribus af-

firmatur, vno ſenſu, & diuiſim, ſeu ſigillatim, vt color de candore.

ARTICVLVS IIII.

Diuiſiones termini per materiam conceptam.

Prima diuiſio.

Eſt { Primæ *impoſitionis* nomen *rei* veræ, aut falſæ vt chimæra, homo.
Secundæ impoſitionis, nomen *nominis*, vt caſus, declinatio, exordium, propoſitio. }

2.

Eſt { *Finitus*, vt homo cæcus.
Vel infinitus vt non imperitus, non homo, quod non eſt homo. }

3.

Eſt { *Poſitiuus* ſignificans perfectionem, & habere, vt videns.
Priuatiuus, vt cæcus.
Negatiuus, vt non videns, non cæcus. }

4

Eſt { *Pertinens*, qui { *Amicus* vt candor & color.
Inimicus vt candor, & atror. }
Impertinens, qui nec amicus, nec inimicus, vt calor & candor. }

5.

dicũtur { *Compatibiles*, ij termini, quorum vnus verè affirmatur de altero. conſequens affirmatur de antecedenti, vt homo eſt animal.
Incompatibiles, & repugnantes, ij quorum vnus de altero negatur, vt ignis de ſole:

Sol non eſt ignis.

Quotuplex repugnans Terminus?

Eſt { Vel impertinens, diuerſus, & mere repugnans, vt arbor, & gypſum.
Vel oppoſitus, ſiue inimicus, vt calor & frigus.

Qui oppoſitus?

Qui ita pugnat cum vno, vt non pugnet conſimiliter cum altero.

Quot modis opponuntur termini?

Quatuor { *Contradictoriè* vt videns, non videns.
Priuatiuè vt videns, cæcus.
Relatiuè, vt pater, filius.
Contrarie, vt candor, atror.

6.

Eſt { *Realis* terminus, vt equus.
Rationalis, vt hippocentaurus.

Digitized by Google

7. 8.

Eſt { Momentaneus, ſucceſſiuus, permanens } { totum vel pars.

9.

Eſt Abſolutus, Reſpectiuus.

Quid abſolutus?

diſting. { Si opponitur *connotatiuo*, ſubſtantiuus. Si *relatiuo*, non habet naturam poſitam in comparatione.

Quotuplex totum?

Eſt { *Vniuerſale*, & opponitur parti *ſubiectiuæ*. Vel *integrum*, & opponitur parti *integranti*.

nempe { Vniuerſale, vt omnis homo, *tout homme*. Homo ſi confertur cum Petro, Paulo, &c. Integrum totus homo, *tout l'homme*.

Homo ſi conferatur cum animo, & corpore; domus ſi cum fundamento, pariete, &c.

ARTICVLVS V.

De Vniuerſalibus.

Quotuplex vniuerſale?

Quintuplex: Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens, ſeu commune accidens.

Quomodo prædicatur, ſiue affirmatur vniuerſale?

prædicatur { Ad quæſtionem factam per *quid eſt*, vt genus & ſpecies.
Vel ad *quale eſt*, aliamue quęſtionem à quæſtione, quid eſt. }

Priori modo.

Si Reſpon. { Integrè declarat naturã alicuius indiuidui. p. herbæ conſpectæ, eſt *ſpecies*, vt equus, lactuca.
Inchoatè tantum, eſt *genus*, vt animal herba. }

Poſteriori.

Si eſt de eſſentia rei, eſt *differentia*, vt rationale, ſanguineum.

Niſi eſt de natura rei, eſt accidens *proprium* vel accidens *commune*.

Proprium vt riſibile, ſi cum homine conferatur.

Commune, vt candidum, calidum.

Genus.

Quid genus?

Vniuerſale quod prædicatur in *quid eſt*, de multis ſpeciebus.

vt { Color de atrore, candore, &c. Animal de homine, & bellua. Magiſtratus de rege, conſule, &c. }

Quotuplex Genus?

Eſt { *Generaliſſimum* quod inſtar parentis primi, nunquã eſt ſpecies, vt ſubſtantia, quantitas, qualitas, &c. *Subalternum*, ſiue intermedium, nunc eſt genus, nunc eſt ſpecies. animal eſt genus, ſi cum homine, & bellua cõfertur; eſt ſpecies, ſi cum viuente. }

Species.

Quid Species?

Vniuerſale quod ſubijcitur generi, & de quo genus affirmatur in *quid*.

Vt candor atror, ſi ad colorem referantur.

Candor eſt color, atror eſt color.

Quotuplex ſpecies?

Eſt { Vna *ſubalterna*, & intermedia, quæ partim genus, partim ſpecies vt animal. Altera *Specialiſſima*, & infima quę eſt ſpecies tantum. }

Hæc proxime prædicatur de indiuiduis,

in quid eſt, vt homo de Socrate, & Platone.

Quid differentia? — *Differentia.*

Terminus adiectiuus, qui prædicatur in quale, & nihilominus eſſentialiter, vt *ſanguineus*, oculatus.

Vndè componitur ſpecies?

Ex *genere*, & *differentia*, vt homo, ex animali, & rationali.

Quid proprium ſeu proprium accidens? — *Proprium.*

Eſt terminus adiectiuus, qui accidentariò, ſed reciprocè prædicatur de vno genere, aut de vna ſpecie.

De vno genere, vt diuiſibile de quãtitate.

De vna ſpecie, vt riſibile de homine.

Quid accidens, commune-ue accidens? — *Accidens:*

Eſt vniuerſale quod neque eſt genus, neque ſpecies, neque differentia, neque proprium, vt candidum, currens.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Categorijs ſiue prædicamentis.

Quid Categoria?

Eſt velut gens, aut genealogia terminorum præcipuorũ pertinentium ad ſummum aliquod genus: p. ad ſubſtantiam.

Quot ſunt terminorum genera?

Sunt
- Quidam *tranſcendentes*, & ſuperiores categorijs, vt ens, res, aliquid, vnum, verum, bonum.
- Quidam *prædicamentales*, ſiue categorici, qui per ſe collocantur in aliqua categoria, vt homo, lapis.
- Quidam tantum reuocabiles ad categoricos, vt igneſcere, caput, brachium.

Igneſcere reducitur ad ignem.

Quot ſunt categoriæ?

Xenocrati duæ, *ſubſtantia, accidens.*

Peripateticis decem, vt decem genera ſumma, ſiue generaliſſima.

Quæ decem ſuprema genera?

Subſtantia quæ corpus, vel ſpiritus.

Quantitas

quæ
- Diſcreta vt numerus.
- Cōtinua vt magnitudo, campus.

Qualitas,

vt
- Aſſuetudines.
- Facultates naturales, vt viſus.
- Senſibiles affectiones, vt color.
- Figura, vt cubica.

Relatum

Relatum, vt pater & filius.
Actio, vt calefactio ignis.
Paſsio, vt aquæ calefactio.
Vbi, vt eſſe Romæ.
Quando, vt eſſe hodie.
Situm eſſe, vt iacere.
Habere, vt veſtitum eſſe, armatum eſſe.

CAPVT VII.

De propoſitione, quæ ſecunda mentis operatio.

Secunda mentis operatio.

Quid propoſitio ſiue enuntiatio?

Oratio affirmans vel negans.
Vera aut falſa, vt Deus ſanctus.

Quotuplex propoſitio?

Eſt
- Vna *coniunctiua*, quæ dicitur *hypothetica*.
- Eſtque
  - *Copulatiua* vt veni *&* vidi.
  - *Diſiunctiua* vt veni *vel* vidi.
  - *Conditionalis* vt vidi *ſi* veni.
  - *Cauſalis* vt vidi, *quia* veni.
- Altera *ſimplex* vbi vnum de vno prædicatur, vt homo eſt animal: homo non eſt animal.

Quid prædicare?

Eſt { Hic affirmare, vel negare.
In negotio vniuerſalium *vere* affirmare.

Quotuplex propoſitio ſimplex?

Eſt { Vna *modalis*, ſeu modo affecta:
vbi { *Poßibiliter*, vt poſſibiliter homo eſt.
Vel *contingenter*, vt contingit hominem eſſe.
Vel *impoſsibiliter*, impoſſibile eſt hominem eſſe.
Vel *neceſſario*, vt neceſſarium hominem eſſe. }
Altera *ſimplex abſoluta* quæ potiſſimum perpendenda, vt,
homo eſt, homo eſt animal. }

Quæ hic potiſſimum conſideranda?

Materia, forma, quantitas, qualitas, ſenſus, genera præcipua, oppoſitio cum conuerſione, & æquipollentia.

Quid pro materia huius propoſitionis?

Duo termini, ſiue duo nominatiui.

Eſt { Nominatiuus ante verbū, qui dicitur *ſubiectum* & *minor terminus*.
Nominatiuus poſt verbū, qui dicitur *Prædicatum, maior terminus*, homo ſupra eſt

ſubiectum, animal eſt prædicatum.

Quid pro forma huius propoſitionis?

Verbum quatenus *copulat*, & connectit prędicatum cum ſubiecto.

Quotuplex verbum?

Eſt { *Subſtantiuum*, quod copulat tantùm, in h. m. animal eſt currens.
Adiectiuum, quod copulat, & præterea fungitur vice *prædicati*, vt hic, animal currit .i. eſt currens.
Imperſonale vt curritur, amatur, quod copulat, & fungitur officio vtriuſque termini in h. m. }

Curritur, itur, amatur,
i. homines ſunt currentes, &c.

Quæ qualitas?

Eſt { Affirmatio & negatio pro forma.
Veritas & falſitas pro materia. }

Quotuplex ſenſus?

Vnus eſt *compoſitus*, alter *diuiſus*:

Quæ tenebroſa, poſſunt-ne lucida eſſe?

Diſting. { In ſenſu *diuiſo* poſſunt: nempe ſi *deſinant* eſſe tenebroſa.
In ſenſu *compoſito* non poſſunt, nempe ſi *permaneant* tenebroſa. }

Digitized by Google

Ratione quantitatis quotuplex propoſitio?

Eſt
- *Singularis*, vt Petrus eſt.
- *Vniuerſalis*, vt omnis homo eſt, nullus homo eſt.
- *Particularis*, vt quidam homo eſt, quidam homo non eſt.
- *Abſoluta*, vt homo eſt, homo non eſt.

Quæ ſunt genera præcipua?

Sunt
- A Vniuerſalis affirmatio: vt omnis homo eſt.
- E Vniuerſalis negatio: vt nullus homo eſt.
- I Particularis affirmatio: vt quidā homo eſt.
- O particularis negatio: vt quidam homo non eſt.

Collatio vnius propoſitionis cum altera conſtante ijſdem terminis.

Quæ ratio conuerſionis?

Vertitur A in I, E in E, I in I.


Vt
- A in I, omnis homo eſt animal. ergo quoddam animal eſt homo.
- E in E, nulla nix eſt atra. ergo nihil atrum eſt nix.
- I in I, quidam rex eſt dux.

Digitized by Google

ergo quidam dux eſt rex.

Quæ ratio oppoſitionis?

Sunt
- *Cõtrariæ* A E, omnis homo eſt, nullus homo eſt.
- *Subcontrariæ* I O, quĩdã homo eſt, quidam homo non eſt.
- *Subalternæ* A & I, itemque E & O.
- *Contradicentes* A O, itemque E I.



CAPVT VIII.

De argumentatione.

Quid argumentatio?

Oratio per quam mens paulatim ſeſe pro-

uehit à propoſitione antecedente ad conſequentem.

Quotuplex Logica argumentatio?

Duplex { Nempe *epagoge* ſiue inductio.
Syllogiſmus ratiocinatio.

Quid inductio?

Argumentatio vbi ex multis ſimilibus colligitur aliud ſimile: vel vniuerſum genus.

Socratica.

Nempe { Aliud ſimile, vt exemp. gr.
Iſti licet ſic veſtiri & huic & illi, cur non igitur & mihi?
hoc debuit facere Alexander hoc Achilles.
Ergo & Ludouicus.
Vniuerſum genus ſeu vniuerſale

Commu-munis.

vt hic ignis eſt calidus, & iſte & ille. ergo omnis ignis eſt calidus.

Quid ſyllogiſmus?

Argumentatio vbi ex duabus propoſitionibus conceſſis, tertia neceſſario concluditur.

Quotuplex ſyllogiſmus?

Diuiſio prior.

Eſt { Vnus *coniunctiuus*, hypotheticuſue ſyllogiſmus.
Alter eſt *ſimplex*.

Qui-nam hypotheticus?

Qui incipit vno ex iſtis modis qui ſunt, *non &, vel, ſi, niſi.*

Quotuplex hypotheticus?

Eſt copulatiuus, diſiunctiuus, conditionalis.

Exemplum copulatiui.

Non & ſum Lutetiæ & Romæ.
Atqui ſum Lutetiæ.
Ergo non ſum Romæ.

Exemplum diſiunctiui.

Vel ſum Lutetiæ vel alibi.
Atqui non alibi.
Ergo ſum Lutetiæ.

Exemplum conditionalis.

Si eſt rex, eſt magiſtratus.
Atqui eſt rex. Ergo eſt magiſtratus.

Item.

Atqui non eſt magiſtratus, Ergo non eſt rex.

Nam {
Poſito antecedenti ponitur conſequens, poſito rege, ponitur magiſtratus.
Sublato conſequenti, tollitur antecedens.
}

Negato magiſtratu, negatur rex.

Quotuplex ſimplex ſyllogiſmus?

Triplex, modalis, abſolutus, & mixtus.

Exemplum modalis.

Neceſſe eſt animal mortale eſſe.
Atqui neceſſe eſt hominem eſſe animal.
Ergo neceſſe eſt hominem mortalem eſſe.

Exemplum mixti.

Quidquid currit, mouetur.
Atqui poſſibile eſt elephantum currere.
Ergo poſſibile eſt moueri elephantum.

Exemplum abſoluti.

Animal ſentit, homo eſt animal.
Ergo homo ſentit.

Item.

Quidquid ſentit, ſentire-ue poteſt, illud eſt animal.
Atqui homo ſentit, &c.
Ergo homo eſt animal.


Quid maximè conſideratur in ſimplici abſoluto, ſiue categorico?

Materia vndè componitur, & *forma.*

Vtráque quomodo repræſentatur?

Triangulo repræſentari ſolet in h. m.

Sentiens.



Homo *animal.*


Tribus digitis in trianguli formam configuratis.

Quotuplex materia?

Materia
- *Remota* ſunt tres termini, ex quibus componitur. n.
  - *Maior terminus*. i. prædicatum concluſionis, vt animal.
  - *Minor terminus*. i. ſubiectum concluſionis, vt homo.
  - *Medius terminus*, argumentũ & medium, vt ſentiens.
- *Proxima*, tres propoſitiones.

nempe
- *Concluſio*, quæ quęſtio, ſed probata. *Baſis.*
- *Maior* propoſitio, vbi argumentum, cum maiore termino concluſionis. *Propoſitio.*
- *Minor* propoſitio, vbi argumentum, cum minore termino concluſionis. *Sumptio.*

Digitized by Google



Quid forma ſyllogiſmi?

Eſt diſpoſitio materiæ illius, idonea ad concludendum.

Quotuplex forma?

Duplex, forma ſyllogiſmi, figura, modus.

Quid figura ſyllogiſmi?

Eſt diſpoſitio materiæ illius remotæ, idonea ad concludendum.

Quotuplex figura?


Triplex nempe prima, ſecunda, tertia.

Tertia vbi argumentum *ſubijcitur* bis, in h. m. Hiſpani ſunt Europæi. A B
Hiſpani ſunt atri. A C.
Ergo aliqui atri ſunt Europęi.
C B




Secunda vbi argumentum bis prædicatur in hunc modum.

Nullum animal eſt *incorruptibile* C A. omne cœlum eſt *incorruptibile* B A. Ergo nullum cœlum eſt animal B C.



Prima, & princeps, vbi argumentum ſemel *ſubijcitur*, ſemel *prædicatur*, vt omnis virtus eſt fructuoſa. A B liberalitas eſt virtus. A C ergo liberalitas eſt fructuoſa C B.



Quid modus ſyllogiſmi?

Diſpoſitio propoſitionum idonea ad concludendum.

Quot ſunt modi?

Nouemdecim, qui quatuor his verſibus comprehenduntur,

Digitized by Google

Pro prima figura.

Barbara, celarent, darij, ferio, baralipton,
Celantes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorum.

Pro ſecunda.

Ceſare, cameſtres, feſtino, baroco,

Pro tertia.

Darapti.
Felapton, diſamis, datiſi, bocardo, feriſon.

Quæ ſignificatio?

Syllaba { 1. maiorem propoſitionem.
2. minorem propoſitionem.
3. concluſionem.

A, E, I, O, quid ſignificarent declaratum ſuprà.

Poſterior diuiſio ſyllogiſmi.

Vnus eſt vitioſus: alter laudabilis.

Quotuplex vitioſus?

peccat { Vnus *in materia* quod ſit falſa antecedentium propoſitionum altera.
aut vtraque, vt ſequens ſyllogiſmus.
quod eligit, illud deliberat.
atqui canis eligit: ergo deliberat.
Alter *in forma*, vt qui ſequitur.

Quod amiſi, illud eſt candidum.

Quod intueor illud eſt candidum, ergo, &c.

Item.

Homo eſt animal: equus eſt animal, ergo.

Quotuplex laudabilis?

Eſt { *Vnus*, qui *ſcientiam* parit, verſaturque in neceſſarijs rebus, & appellatur *demonſtratio*, *didaſcalicus* ſiue doctrinalis ſyllogiſmus, & apodicticus ſiue demonſtratiuus. — διδασκαλικός. ἀποδεικτικός.

vt { omne mixtum eſt reſolubile. omne animal eſt aliquid mixtum: ergo, &c. }

Alter qui *opinionem* tantum, & verſatur in poſſibilibus, & contingentibus. vt qui vſurpatur in conſultationibus, }

Si ſudauerit æger, conualeſcet:
Atqui ſudauit, ergo conualeſcet.
Et appellatur propriè *Dialecticus*.

Quid Dialectica? — διαλεκτική.

Eſt { Aliquando ars tota diſſerendi & colligendi ignotum ex noto.
Propriè, ars opinandi, interrogandi, reſpondendi. }

Quibus maxime rebus eget Dialecticus?

{ Copia *propoſitionum* vniuerſalium

Eget
- *Similitudinum*, maximè ad intelligendum.
- *Diſsimilitudinum*, maximè ad reſpondendum.
- *Diſtinctionum*, quibus tollãtur ambiguitates.

Quid probabile?

Quod probatur omnibus, aut pluribus, aut ſapientioribus, aut vni in arte ſua ſapientiſſimo.

DE PHILOSOPHIA EIVSQ; PARTIBVS.

COMPENDIVM PRIMVM Philoſophicum.

Pro prolegomenis.

VBI

Liber vnus de Philoſophia compendiaria.

CAPITA.

1. de Methodo didaſcalica.
2. de Arte cauſiſque eius.
3. de Compendiis, compendiariiſue methodis.
4. de procœmiis, & præfationibus.
5. de Philoſophia.
6. de Logica.
7. de Ethica, ſiue morali.
8. de Phyſica, ſiue naturali philoſophia.
9. de Metaphyſica, ſeu poſtnaturali philoſophia.

Digitized by Google

Libellus.

De Philoſophia Compendiaria.

CAPVT I.

De doctrinali methodo.

Quid methodus didaſcalica?

Sermo Logicus in quo *genus* vnum, vt numerus, cum ſuis *principijs*, *ſpeciebus*, & *proprietatibus*, ordinatè explicatur: *definiendo*, *diuidendo*, & *demonſtrando*: vt diſciplina arythmetica.

Quidnam legitimum & adæquatum illius argumentum, ſiue obiectum?

Eſt vnum aliquid in quo declarando tota adæquatè occupetur, cuiuſque quatuor conditiones.

nempe

Vnitas generica. 1°. quod ſit *vnum genus*, vt numerus, domus. ideoque ſortiatur *ſpecies*. p. parem, im. paremque numerum, theatrum, templum, &c.

Principia. 2. quod habeat *principia*, vt vnitas, ligna, &c.

Proprietates. 3. quod *proprietates*, vt numerabilitatem, vim propulſandæ iniuriæ,

rias cœli, &c.

4. quod habeat idoneam *diffe-rentiam*, idoneum *quatenus*: numerus ab arithmetica cõſideratur, quatenus auulſus à materia, & rebus numerabilibus. p. equis, hominibus *Quatenus.*

Domus quatenus conſtruitur à nobis.

Homo à medicis, quatenus ſanatur, &c.

Quid ordinauit, diſtinxitque methodos?

HUmana ratio, licet ad naturæ imitationẽ.

Quotuplex doctrinalis methodus?

Eſt
- compendiaria
- perfectior

- theoretica ſeu ſpeculatiua.
- practica, ſeu actiua, actuoſa.

Theoretica
- cõquieſcit in cognitione rei obiectæ.
- Nullas tradit præceptiones.
- NOn eſt propriè ars, ſed *ſcientia*, *ſapientia*.

Practica
- docet quomodo agere debeamus.
- *Artis* meretur nomen.

Quotuplex theoretica methodus?

EST *Phyſica*, vel *Metaphyſica*, vel *Mathematica*, vt *arithmetica*, *Geometria*.

Digitized by Google

Quotuplex forma ſeu perfectio?

Forma {
- *Phyſica & re, & ratione in materia ſenſibili eſt*, vt equus qui τόδε ἐν τόδε. i. hoc in hoc.
- *Metaphyſica, quæ re, & ratione extra materiam*, vt Deus, Angelus.
- *Mathematica, quæ re in materia, ratione extra*; vt cubus, circulus.

CAPVT II.

De Arte.

Quid ars methoduſ-ue doctrinalis practica?

Ordinata collectio præceptionum, quæ ſimul exercentur ad aliquem finem vitæ vtilem.

Quomodo paratur ars?

Origo eius.

Doctrina, quæ pertinet ad *imperantem* facultatem.

Natura, ſiue naturalis facultatis ope.

Exercitatione, quæ ad *ſubſeruientem*.

Digitized by Google

Naturalis facultas quotuplex afferend[a] ad vnam artem ediſcendam?

Duplex
- Vna *domina*, quæ imperet, regat, inſtar *architecti, equitis.* — *Eques.*
- Altera *ſubſeruiens*, quæ *obſequatur*, inſtar latomi, equi: præceptiſque erudiatur. — *Equus.*

Etenim oportet *ſcire, velle, poſſe.*

Quæ facultates famulæ, & obſequẽtes?

Sunt
- *Mens*, quæ informatur per artes *Logicas.*
- *Appetitus*, qui per morales diſciplinas.
- *Vis motiua.* p. pedis, manus, &c. quæ per alias artes, vt ſutoriam, ſartoriam.

Quotuplex requiritur in artifice virtus et habilitas? — *Virtus.*

Duplex pro duplici facultate.

Quæ ſunt virtutes facultatis obſequẽtis?

Sunt
- *Mentis*, virtutes dianoeticæ.n.
- *Intellectus* ſine probatione, *ſcientia*, *opinio* ſine probatione.
- *Appetitus*, morales, vt temperantia, fortitudo.
- *Vis motricis*, dexteritates corporis:

vt habilitas pingendi, quæ in manu.

Quæ virtutes mentis imperantis?

Ars, quæ propriè ars, *& peritia*.

Requiritur { *Ars* vt generatim præcipiatur.
Peritia: vt præceptum applicetur, impellaturque *Obſequens* facultas ab imperanti. }

Arte comprehenditur generatim *Opus*, *vel opera*,
vt ædificium, ædificatio.

Peritiâ: certum, & *ſingulare* opus: vt *hoc ædificium, hæc ædificatio*,

Opus { *Proſpicitur*, faciendum.
Inſpicitur, dum fit.
Exploratur, factum. }

Quid præceptum applicare?

Eſt commune præceptum, per notitiam *facti* particularis, deducere in *concluſionem* & ſcientiam ſingularem, quæ ſit exercenda: p. in h. m. Pleureticus debet curari miſſione ſanguinis: quem intueris ægrum, ille eſt pleureticus. Ergo debet curari, &c.

Scopus qui & quotuplex in arte?

Eſt { Vnus *interior*, proximus, minus præcipuus, qui *mentis imperantis*.

Alter *exterior*, remotus, præcipuus, qui facultatis obſequentis: nempe exequi, ſeu ex arte agere.

Quotuplex, & qui interior ſcopus?

Vnus pro *arte*: alter pro *peritia*. **Finis.**

Eſt { Prior, per artẽ generatim bene præcipere de opere, aut de opera.
Poſterior, per *peritiam* bene *applicare*, & bene *impellere*. }

Quid proponitur pro fine, & ſcopo exteriori?

Quis opus facultatis obſequentis?

Eſt { *Appetitus* bene appetere, & viuere vitam humanam.
Vis motricis, bene mouere, & exercere motus voluntarios. p. ſaltare, pingere. }

Quotuplex, et quæ materies artis?

Eſt { Vt gemina facultas, n. *dirigens*, *directa*. **Obiectũ.**
Ita geminus *finis*, gemina *virtus*, gemina *materia*. }

Dicitur { Vna *remotum* obiectum, & circa illam occupatur facultas *obſequens*:
vt { *Mens*, circa *intelligibile*,
Appetitus, circa *appetibile*, bonum humanum. } }

Vis impulſiua circa id quod libere *mouere* poſſumus.

Altera *proximum* obiectum, & cognoſcendum, proponiturque facultati imperanti: vt de ipſa tradantur præceptiones.

Pro obiecto proximo quid requiri ſolet?

Rectum opus facultatis obſequentis: vt cõmoda veſtis, commoda domus, Logica oratio.

Vel *recta* illius *opera*, operatioue, vt recta mentis operatio:

honeſta actio, quę voluntatis.

Recta ædificatio τὸ bene ædificare.

Vel *communis terminus*, quo vtrumque illud coerceatur, vt res logica, ens logicum, enſue rationis.

res moralis, ens morale.

res architectonica, res fabrilis.

Quid ars docet?

Docet per imperantem facultatem, quod facit per obſequentem.

Quid per hanc facit?

Non vt *agas*. p. intelligas, viuas, ædifices: ſed vt *bene*. p. bene intelligas, bene ſaltes.

Illud τὸ bene in quo poſitum?

Non in eſſentia actionis, in eo quod agas:

Sed in modo actionis, ſiue in eo quod taliter opereris, ita agas.

Quid ergo docet?

Docet agendi operandiue modum. p. ædificandi.

Unde intelligitur modus noſtræ operationis?

1. Ex facultate naturali obſequenti, ex qua actio prodit.

p. { Ex *mente*, in logicis,
Ex *voluntate*, & *appetitu*, in moralibus,
Ex *vi motrice*, in aliis. }

2. Ex *fine*, & ſcopo illius facultatis,
3. Ex *virtutibus*, & *vitijs*, ſiue habitibus.
4. Ex *materia* remota, quæ proponitur arti.
5. Ex *operationis* ipſius inſpectione: p. intellectionis, volitionis, ædificationis.
6. Ex *opere*, quando occurrit, vt ex. gr. ex ædificio, calceo, &c.

Quid ita?

Quia noſſe oportet, & comprehendere
modum, quo *quis* (ſiue quomodo) agat,
modum, quo *poſſit* agere,
modum, quo *debeat* agere,

Digitized by Google

Porro.

Quomodo debeat agere, intelligitur ex *fine.*
Quomodo poſsit, ex facultate, habitu, materia.
Quomodo agat, ex actionis, operiſue inſpectione.

Quot ergo eſſe ſolent obiecti cognoſcendi capita in artibus?

Sex aut quinque. n. quando non occurrit opus: vt in arte ſaltandi.

Sed per methodorum leges omnia reuocanda ſunt ad vnum terminum, & argumentum.

Quid ergo ſeligi ſolet?

Opus, vel opera, vel communis terminus, vt iam ſignificatum.

A qua virtute ſutores, ſartores, & conſimiles ſortiuntur appellationem?

Potius à peritia, & virtute obſequenti, quàm ab arte, per quam percipiuntur generales regulæ.

CAPVT III.

De Compendio.

Quid apud nos compendium, compendiariaue diſciplina?

Sermo Logicus, per quem membra alicuius methodi, præcipua, aut ſaltem prima breuiter, ruditer, & cum aliqua commenſuratione, deſcribuntur, & continentur.

Quæ compendij appellationes?

Epitome, enchiridium, introductio, inſtitutiones, &c.

Quæ virtutes?

Breuitas, perſpicuitas, fœcunditas.

Breuitate opus, quæ multa paucis complectatur.

Claritas procuranda { partim omittendo / partim illuſtrando } obſcuriora.

Fœcundiora, quæ ſunt communiora, & principij ſeminiſque rationem habent.

Cum transferuntur arbores, opus eſt am-

putatione ramorum, & vigore quodam iuuenili.

Qui vſus Compendij?

Duplex {
Vnus pro memoria, *poſt* accuratiorem methodi comprehenſionem: vbi *breuitate* opus, magis quam *perſpicuitate*.
Alter *ante*, qui pro mente magis, vbi requiritur duplex virtus.
}

Mente autẽ & *memoria* philoſophia & ſciẽtia veluti duabus manibus apprehenditur.

Quæ maximè inſerenda compendio?

Clariſſima, fœcundiſſima, vtiliſſima.

Quæ compendij ſimpliciores formæ?

Eſt {
1. inſtar *fundamenti*, vt in logicis doctrina terminorum.
2. inſtar *germinis*, & puſillæ plantæ: vbi membra pauca, præcipua, fœcundiora.
3. inſtar *puſilli* animalis, vbi membra omnia, aut fere omnia præcipua continentur.
}

Diſciplinæ quomodo incrementum capiunt?

Vt nidus, vt planta, vt animal.

Cur ordimur à compendijs?

1. Quia oportet quantum licet imitari naturam, & perfectiſſimum illius opus.

Natura ſi faceret domum, primum excitaret domumculam.

2. Quia decet ęmulari prudentes hortulanos, qui totum ſimul conſerunt hortum.

Mens velut hortus fœcundiſſimus, capaciſſimus.

3. Quia, vt poſteriora è prioribus percipiuntur, ita & contra.

4. Quia procuranda eſt partium ſymmetria, & commenſuratio.

5. Quia integrę, licet puſillæ methodi longe maior vſus, quam ingentis vnius membri.

6. Quia propoſita diſciplinæ ſpecie excitatur illius amor.

CAPVT IIII.

De prooemijs methodorum.

Quid legitimum methodi prooemium?

Sermo, quo declaratur methodus, quæ

conſtruenda, aut ſaltem examinanda.

Cuius eſt artificis condere proœmium & prolegomena?

Eſt { Cuius per artem *generatim* agere de condendo opere, aut opera, p. ædificio, ædificatione;
Eiuſdem per peritiam *ſingulare opus*. p. hanc domum, hanc veſtem, ſiue calceum, faciendum præuidere, proſpicere: dum fit intueri, factum examinare. }

Atqui Logici eſt, per artem agere *cunctim & generatim*, de *methodo* conſtruenda, examinanda. Ergo logici eſt, per logicam peritiam, hanc & illam methodum, e.gr. logicam Ariſtotelis, inſpicere, prius quam fiat, dum *fit* & *facta*.

Quid legitimum proœmij eius argumentum?

Methodus, & diſciplina illa ipſa, quæ *conſtruenda*, vel examinanda ſaltem:
vt logica: dum in logicam præfaris.
logica Ariſtotelis: dum in eam prefaris:
phyſiologia: dum in phyſiologiam præfaris.

Digitized by Google

CAPVT V.

De Philoſophia, ſeu ſapientia.

Quid felicitas humana?

Eſt *diu*, & benè vti mente, ac voluntate: .i. viuere vitam humanam.
bona, & diuturna vita. n. *humana.*

Quid ſophia, ſiue ſapientia?

Virtus *mentis*, quæ inita ſocietate, cum probitate molitur naturalē hominis *beatitatem*: eſt ſcire *diuina* & *humana* generatim, & quantum licet. 1.

Similitudo Dei .i. virtus, quæ facit vt ad Deum, proximè accedamus: contemplando vera, agendo honeſta. 2. 3.

Mors philoſophica. i. mors corporis, animi vita ſeu liberatio *animi*, mētis, voluntatis à *corporis*, ſenſus & appetitus ſenſitiui ſeruitute. n. vt animus degat vitam ſibi congruentiſſimam. 4.

Vnde ſophia?

Ex *ignoratione* cauſæ, & effectus deprehenſione prodit *admiratio*: ex admiratione, *quæſitio* cauſſæ. *Ignoratio* *Admiratio.* *Quæſitio.*

Digitized by Google

Deprehenſio. *Philoſophia* quę dicitur *Thaumantis* filia,
Ex Philoſophia deprehenſio cauſſæ, ſophia, id eſt ſapientia.

Quid Philoſophia?

Eſt { Nunc *ſophia* ipſa, ſeu ſapientia.
Nunc *ſtudium ſapientiæ*, ſed mentale ſtudium, quæſitio cauſſæ.n.rerum diuinarum, & humanarum: mortis philoſophicæ meditatio, procuratio.

Quid mors?

Diſting. { *Naturalis*, eſt liberatio & egreſſus animi à corpore.
Philoſophica, eſt liberatio animi, à ſeruitute corporis.

Quotuplex Philoſophia?

Duplex { Vna *Theoretica* quæ conſiderat *diuina*.
Altera *practica*, quæ *humana*, id eſt hominem, & quæ agenda ipſi, quò beatè viuat.

Quotuplex Theoretica Philoſophia?

Duplex { Nempe *Phyſica*, ſiue naturalis philoſophia.
Et *Metaphyſica*, ſiue poſtnaturalis.

Quid ita?

Quia rerum genera duo, *materiales, immate-*

Digitized by Google

viales, ideoque triplex pragmatia, conſideratio.

Nempe
- 1. communis, ſiue de ijs, quę ſunt communia rebus corporeis, cū incorporeis.
- 2. De ſpiritalibus, & incorporeis rebus: ac pręcipuè de Deo.
- 3. De rebus corporeis, & materialibus quæ phyſiologia.

Sed duæ priores coëunt in vnam methodum, quæ appellatur *Metaphyſica.*

Quotuplex practica Philoſophia?

Duplex
- Vna *mentem* erudit quæ appellatur *Logica* & rationalis.
- Altera *voluntatem* & *appetitum*, quæ *Ethica*, ſiue moralis.

Cur non datur tertia, quæ informet vim motricem?

Quia hæc facultas per ſe non eſt capax *beatitudinis*, quæ ſcopus philoſophiæ.

Quot ſunt ſectæ Philoſophorum?

Sunt
- Quidam *dogmatici*, qui vtuntur *ſcientia*, & comprehenſione non opinione tantum, & ſuſpenſione opinionis.
- *Alij* minimè *dogmatici.*

Digitized by Google

CAPVT VI.

De Logica.

Articulus primus de ſigno.

Quid ſignum?

Id quod aliud à ſe repræſentat facultati apprehenſiuæ. i. facultati cognoſcenti.

Quotuplex ſignum?

Prima diuiſio.

Eſt { *Naturale*, vt quando fumus ſignificat ignem.
Vel *arbitrarium*, & poſitiuum: vt cum hedera ſignificat vinum. }

2.

Perſonale, & ſumitur pro re ſignificatâ, vt legatus regis, pro rege: vox pro re ſignificatâ, cuius eſt ſymbolum.

Vel *non* perſonale vt hedera, laus, vox, ſi ſumitur cum cogitatione.

Signum { Repræſentat rem aliam, quamuis ipſum non repræſentetur, & cognoſcatur: vt imago heri, in phantaſiâ, & memoriâ canis per quam eum imaginatur

natur canis, licet ipſam nullo cognoſcat modo.

Vel nō repręſentat aliam rem, niſi ipſum prius cognoſcatur, vt fumus, hedera.

Quotuplex ſignum poſterioris generis?

Eſt { Vnum *monitorium* commonefactorium. — μνημονικόν.
Alterum *endicticon*, indicatorium. — ἐνδεικτικόν.

Quid monitorium ſignum?

Eſt aliquid quod dum cognoſcitur ducit in cognitionem rei, quæ aliquando cum ipſo apparuit, & repræſentata eſt, quamuis tunc minimè ipſa repræſentetur per ſe:

hoc modo { Fumus conſpectus ducit in cognitionem ignis.
Vox, *pomum*, in cognitionem rei, quæ dicitur pomum.

Conſulendus ſermo de memoria in pręfationibus logicis.

Quid indicatorium ſignum?

Signum quod ducit in cognitionem rei quæ ſemper latuit.

vt { ſudor, in cognitionem pori.
curſus in cognitionem animæ.
mundus in cognitionem Dei.

Aut ſaltem rem facit *manifeſtiorem, credibiliorem*.

ARTICVLVS II.

De logo & ſermone.

Quid logos?

λόγος.

Logos { Nunc *mens* quatenus *ratiocinatur*. / Nunc *ſermo*, & cogitatio rei, &c. / Nunc *aliud*.p. proportio, eſſentia rei. }

Quotuplex ſermo?

Eſt { Vnus *interior*, qui nuda cogitatio rei, dicitur noëma, ſenſus, animi conceptio, conceptio formalis. / Alter *exterior*, & prophoricus. }

προφορικος λόγος.

Quotuplex interior?

Triplex, intueri animo, proponere, argumentari.

Quotuplex exterior?

Eſt vocalis, ſcriptus, alio expreſſus ſigno.

Quid vocalis ſermo?

Dicitur { Minus propriè vox *articulata*, vt quæ dicitur Graceuli locutio. / Magis propriè conceptio, vocali expreſſa ſigno. }

Digitized by Google

Quæ illic cogitanda?

Vox, cogitatio, res cogitata.

Quotuplex eſt hic vocalis ſermo?

Eſt { Vnus *monitorius* tantum, ſiue ſignum monitorium tantum. vt ſermo qui merè grammaticus, & proproſitio. — μνημονικός.

Alter non modo monitorius, verũ etiam *indicatorius*.

Atque hic dicitur *ſermo logicus* inſtrumentum cognoſcendi, oratio philoſophica. — ἐνδεικτικός.

Quid logicus ſermo?

Oratio quæ propria virtute reddit veritatem clariorem, notiorem, credibiliorem, & nos certiores.

Oratio vbi ignotum elicitur ex noto.

Quid doctrina?

Eſt intelligentia, quæ ex alia præcedenti pendet: ſiue ex *prænotione*.

Quotuplex doctrina?

Duplex. n. *ſcientia*, & *opinio*.

ARTICVLVS III.

De natura, & cauſis, logicæ artis.

Vnde dicitur logica?

Digitized by Google

Dicitur { A logo *interiori* logica, ſi ſit ars ſimplex i. ſi doceat tantum bene ſentire animo. A logo *vocali*, & logico, ſi ſit ars compoſita, vt logica Peripatetica. i. ſi doceat bene ſentire, & bene ſenſa animi exprimere. }

Vnde dialectica?

A *dialogiſmo* logico, qui continetur interrogatione reſponſione aut ἀδιαλέγεσθαι, à diſſerendo, ab vtendo logo, ratione, & oratione.

Quid dialectica?

1. et latè tota logica.
2. Propriè tertia pars logicæ, p. ea virtus quâ veteres vſos in dialogis deprehendimus.
3. Et propriiſſimè prior particula, tertiæ partis. n. ea quæ opponitur *Piraſtica*.

De qua re poſtea.

Quid logica?

1. Ordinata collectio præceptionum, quæ conſpirant ad benè diſſerendum, & intelligendum.
2. Scientia practica, quæ erudit mentem, &c.
3. Ars conſtruendi, & reſoluendi, i. exami-

Digitized by Google

nandi per reſolutionem, logicas orationes. & doctrinas.

Ars intuendi, proponendi, argumẽtandi, & omnino contexendi, & retexendi logiças orationes. 4.

Quæ hîc facultates naturales?

Imperat, mens practica per voluntatem.

Obſequitur, mens tota, quã præcipuè erudimus: cum vi motrice, per quam loquimur.

Quæ virtutes?

Virtus
- Imperatricis *ars* & *peritia* logica.
  - ars pręcipit, peritia applicat impellit.
  - ars orationem logicam ſpeculatur.
  - peritia talem antequam fiat, dum fit, poſtquam facta.
- Obſequentis facultatis *intellectus*, *ſcientia, opinio.*

Qui ſcopus & finis?

Scopus
- Internus
  - Per artẽ benè præcipere, & noſſe generatim.
  - Per peritiam, applicare, impellere, noſſe ſigillatim, antequam agas.
- Externus benè *intelligere*, illu-

ſtrare, veritatem, ignotum elicere ex noto.

Quæ materia remota?

Intelligibile ſiue quæſtio, & res quæuis.

Quæ proxima?

Diſt.
- Si vno nomine, termino, argumẽto, exprimatur, eſt
  - Vel logicum opus rectum. n. logica oratio.
  - Vel logica opera, operatioue recta. n. triplex mentis operatio.
  - aut confectio orationis Logicæ.
  - Vel quid cõmune. p. res logica, ens logicum, enſue rationis.
- Quod ſi ſigillatim, per capita præcipua proponatur, eſt hæc.

n.
- *Finis* mentis, & logicæ facultatis.
- *Mens* ipſa, quæ practica vel theoretica, &c.
- *Obiectum* mentis, intelligibile.
- *Functiones* mentis, quæ variæ.
- *Habitus* mentis, vt arithmetica, phyſiologia.
- *Opus* mentis, vt liber compoſitus, opera Ariſtotelis.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

Diuiſio Logicæ.

Quotuplex Logica?

Eſt:
- Vna quæ ſpecie tenus logica, & ars.
  - vt:
    - *Sophiſtica* quæ *dialecticã* mẽtitur,
    - *Contentioſa*, & litigioſa, quæ *piraſticam.*
    - *Pſeudographica*, quæ *apodicticam.*
- Altera, quę verè, non ſpecie tenus logica.

Quot ſunt partes Logicæ Peripateticæ?

3. Analytica prior, analytica poſterior, & dialectica ſiue topica.

Quid analytica, ſiue reſolutica prior?

Ars conſtruendi, & reſoluendi doctrinam logicam, & ſermonem logicum: Maximè autem ſyllogiſmum.

Quid poſterior analytica ſeu apodictica, demonſtratiua, didaſcalica?

Ars texendi & retexendi ſcientiam cum ſermone perpetuo, maximè *autem demonſtrationem.*

Quid dialectica ſeu pars tertia?

Ars opinandi, interrogandi, reſpondendi, & tentandi, ſeu examinandi ingenij.

Quot ſunt partes huius dialecticæ?

Eſt
- Vna quæ dicitur proprie *dialectica*, ſerio tendit ad probabilitatem, & indaginem veritatis. conſectatur, quæ probantur omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus, aut vni ſapientiſſimo.
- Altera quæ dicitur *piraſtica, tentatiua*, tendit ad ingenij examen, & acumen conſectatur quæ probantur aduerſario, fere tẽdit ad veritatis oppugnationem, ſed ludicram, vt ſerio tueri diſcas.

Oportet-ne poſſe ſuadere contraria?

Oportet
- Non vt vtrumque ſerio faciamus, non enim oportet ſeriò ſuadere turpia.
- ſed
  - 1. ne ignoremus quomodo res habet.
  - 2. vt ſiquis improbè vtatur talibus ſermonibus, ſoluere poſſis.

CAPVT VII.

De Ethica ſeu morali Philoſophia.

Quid mores?

Sunt *habitus*, aſſuetudines appetitus, qui turpes aut honeſti.

Quotuplex philoſophia moralis?

Eſt { Scientia practica, quæ informat appetitum.
Ars quæ docet rationem, bene viuendi vitam humanam, ſiue liberam. } 2.

Quæ huc afferenda naturalis facultas, vt quis ſit idoneus auditor?

Requiritur { *Mens practica*, per quam poſſis comprehendere, & applicare primas bene viuendi regulas: Imperans
Has { Bonum eſt appetendum.
Honeſte viuere ſatius, quam turpiter.
Seruanda eſt mediocritas.
Alteri ne feceris, &c. } }

Non nobis ſolis nati ſumus,&c.

Amicum dilige vt teipſum.

Obſequens.

Voluntas per quamvelis comprehendere, applicare, impellere, exercere.

Facultas, per quam exerceas, Et *appetitus* liber, cum viribus ſubſeruientibus.

Voluntas nonne perſe ſatis prona ad imperandum?

eſt prona
- Satis, ad imperandum *menti*, & *motrici* facultati.
- Non ſatis, ad imperandum *ſibi*, & *ſenſitiuo appetitui.*

Dimittenduſ-ne qui parum idoneus?

Admittendus & emendandus eſt, non alio dimittendus.

Quid ita?

Quia ethica eſt de genere artium neceſſariarum, quæ ab omnibus exerceri debẽt.

Qui morum præceptores?

Omnes vt & locutionum, partim *præcepto*, partim exemplo.

Digitized by Google

Magiſtrorum viuendi quot genera?

Magiſtrorum { Quidam ius cogendi non habent: vt Philoſophus.
Quidam habent ſuntq; vtiliores, vt parentes, magiſtratus. }

Obiectio.

Qui terrore & ſupplicio adigitur ad agendum non facit benè, & honeſtè, ergo quis fruſtra cogatur:

Diſtinguo *antecedens*: initio & quandiu ducitur ſolo metu, Concedo.

Poſtea quam actio licet à metu profecta peperit aſſuetudinem, & hæc facilitatem, iucunditatem, voluptatem Nego.

Quæ hic virtutes?

Eſt { Pro imperio ars & peritia ethicæ.
artis ethicæ propagines ſunt *iuriſprudentia*, *nomothetica*.
peritia *ethica* dicitur *prudentia*.
Pro obſequio probitas, vt liberalitas, magnanimitas, iuſtitia, &c. }

Quis hic ſcopus?

Eſt { *Proximus* { Per artem ethicam bene præcipere de moribus, & generatim.
Per peritiam applicare, }

impellere.

Remotus, & præcipuus, *bene viuere* vitam humanam.

Quid obiectum remotum?

Id quod homini libertate vtenti perſequendum, aut auerſandum eſt, vt honeſtè viuat.

Quid proximum obiectum, ſi per capita præcipua ſigillatim recenſeatur?

Finis appetitus liberi, id eſt, practica beatitas, appetitus ipſe liber.
Obiectum eius.
Habitus, vt iuſtitia, iniuſtitia.
Functiones, vt velle, cupere, dare.
Opera moralia, vt pauper ſubleuatus.

Quid-nam ſi vno exprimatur?

Eſt
- vel honeſtum *opus* morale, quatenus, refertur ad bonum eius, qui agit.
- vel honeſta *actio*, moralis.
- vel *res ethica*, ſiue moralis.

Fit-ne pluris opera quàm opus?

Fit
- In moralibus pluris opera, quam opus.
- Alibi pluris opus quam opera, vt ædificium, quam ædificatio.

Quotuplex tractatio moralis?

Quadruplex, vt ſignificatum in elementis.

Quotuplex methodus ethica?

Triplex tantum, quia duo priores tractatus coeunt in vnam methodum, quæ appellatur ſpeciatim propriè *ethica.*

Quæ methodi?

Ethica, œconomica, politica.

CAPVT VIII.

De phyſiologia.

Quid Phyſica, ſeu naturalis philoſophia?

Eſt ſcientia ſpeculatiua, cui proponitur pro materia *Corpus naturale*, quatenus eſt naturale, & explicabile per materiam, & affectiones materiales, quæ ſunt ſenſibiles. p. calorem, frigus, lumen.

Quæ phyſiologiæ partes?

Sunt { *Hiſtoria*, qua enarrantur effectus, qui occurrunt, in hoc ſenſibili mundo.

Digitized by Google

Ætiologia per quam narratorum cauſſæ aperiuntur.

Quæ prima fundamenta phyſicæ?

Hæ duæ propoſitiones cum conſimilibus.

Videtur dari motus localis. p. congregatio, ſegregatio, ambulatio.

Videtur aliquid generari fieriue in natura rerum aliquid corrumpi. p. equus, ignis, calor, frigus.

Phyſiologorum quot ſunt genera?

Philoſophorum { Quidam, vt Anaxagoras, & Ariſtoteles, concedunt ſequentem propoſitionem. *reuera* datur motus localis. | Quidam negant vt Zeno, &c. }

Et hi philoſophantur de phyſica, & natura, ſed non phyſice.

Priorum quot ſunt genera?

Duo quia { Quidam repudiant veram geneſim, & corruptionem, vt Anaxagoras: reuera nihil gignitur, nihil corrumpitur, ſi cre-

ditur Anaxagoræ.
Quidam retinent, vt Peripatetici.

CAPVT IX.

De Metaphyſica.

Quotuplex forma & energia?

Triplex, *Phyſica*, *Mathematica* & *Metaphyſica*, vt ſignificatum in elementis.

Quid ſcientia Metaphyſica?

Sientia Theoretica, cui pro materia obijcitur, *ens*, ita explicabile, vt non deſcendas infra corpus, niſi fortè definiendo.

Quæ illius partes?

Partium:
- Vna conſiderat communia rebus ſpiritalibus cum corporeis. p veritatem, vnitatem, cauſam, ſubſtantiam, accidens, &c.
- Altera res *Spiritales* potiſſimumque Deum, & ideo dicitur *Theologia* naturalis.

Digitized by Google

Tertiam nonnulli addunt quæ exponat *res corporeas*. p. hominem,figuram , ſed *definiendo* tantum.

Quid ita?

Quia ceteræ diſciplinæ videntur potius *ponere* , quam *componere* & conſtruere *definitiones* rerum. p. circuli, trianguli, &c.

COMPENDIVM LOGICVM,

LIBELLIS QVINQVE compreheнſum.

LIBER PRIMVS.

De ſex præcipuis Logici argumenti capitibus.

CAPVT I.

De *fine* facultatis Logicæ: deque *ipſa*.

ARTICVLVS PRIMVS.

De facultate Logica.

Cur agit Logica de mente, & naturali facultate Logica?

Quia ei medetur, vt oculo ophthalmica.

Digitized by Google

Eam regit ac moderatur, vt auriga equum.

Quid Logica facultas?

Eſt { Propriè ſola mens humana.
Latius facultas homini conceſſa à natura, ad intellectionem exercendam, aut dirigendam.

Tum quotuplex?

Eſt { Vna *critica*, ſeu iudicatoria, apprehenſiua, cognoſcitiua.
Altera *non*, vt voluntas, vis motiua, per quam vox efformatur.

Quid criticam mouet?

Partim *obiectum*, vt color viſum; partim *ſignum*.

Quid critica facultas?

Eſt { Vna *corporea*, & communis homini cum belluis, quæ dicitur *ſenſus*.
Altera *Spiritalis*, hominiſq; propria, aut communis homini cum Angelis, quæ dicitur *mens*.

ARTICVLVS II.

De ſenſu humano.

Quotuplex in nobis ſenſus?

{ *Exterior* vt, viſus, odoratus, au-

Digitized by Google

Duplex { ditus.
Vel *interior*, vt phantaſia corpo-
rea, &c.

Cur à Logico conſideratur ſenſus?

Quia mens à ſenſu debet *impreſſiones* re-
rum emendicare. p.imagines doloris,
caloris, montis, auri, licet eas varie
componat, diuidat.

Senſus eſt fallax, & deceptu facilis: dan-
da eſt opera, vt comprehendas quan-
do hallucinetur, & quando non &c.

Regulæ quædam, et axiomata.

I.

Nihil eſt in intellectu, quod non priùs fue-
rit in ſenſu.

Nempe { Perſe, vt hic calor, per hunc ca-
lorem.
Per aliud, p. pars per totum, vt
magnitudo per calidam ma-
gnitudinem:

Totum per partes, vt mons aureus: ſimi-
le per ſimile, vt dolor belluinus, per
noſtrum.

2.

Ex noſtris impreſſionibus apprehēdimus
alienas, p. ex dolore noſtro belluinum.

3.

Ad bene ſentiendum, hæc deſiderantur.

Scilicet
- organi. p. oculi bona temperies & affectio.
- obiectæ rei. p. coloris idonea conſtitutio, diſpoſitio.
- Interdumque corporis intermedij. p. aëris, vitri.

4.

Senſus eiuſdem ſpeciei, vt duo viſus, diſſentiunt, ſed potiſſimum in percipiendo ſuauitatem, inſuauitatem.

Neque id mirum, quia quiſque ſibi factam impreſſionē, non alienam percipit .p. quiſque τὸ aduri ſuum, aut calefieri.

Si quid eſt commenſuratum, & ſuaue vni, non ideo eſt alteri.

5.

Idem numero ſenſus vt viſus, mens, aliter atque aliter iudicat, ſentit:

Scilicet
- Pro varia organi *temperatione.*
- Pro vario organi *ſtatu*, ratione motus, & quietis.
- Pro varia *diſtantia*, à re obiecta.
- Pro *modo* ſiue magnitudine, & paruitate rei obiectæ.
- Pro varia illius *collatione*, & cōparatione.

Pro *ſimplicitate*, & permixtione: de qua re alibi.

6.

Aliquando ſenſus errat, nec putatur errare, quoniam error ſtatim corrigitur ratiocinio: vt cum iudicamus humilius quod reuera humilius. p. vallem, licet *ſublimiori* radio incurrat in oculos noſtros, de qua re in opticis.

7.

Sæpe iudicium errat in *applicãda* qualitate, non exterior ſenſus, in *percipienda*, vt cum ægroti conqueruntur de iuſculi amaritudine, vera amaritudo vere ab illis guſtu comprehenditur: ſed erroneo iudicio prodire à iuſculo putant, quod prodit à ſaliua.

8.

Sępe tribuitur ſenſui quod menti iudicioque tribuendum, aut memoriæ, ſiue erremus, ſiue non.

Sæpe prodit à memoria, quod multi putant prouenire à præſenti ſenſione exteriori.

vt quando { Ferrum candens intuemur. / Conſpectum baculum refugiunt canes, &c. }

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De humana mente.

Quid mens noſtra, ſeu noſter intellectus?

Aliquando excludit memoriam: aliquando includit, eſtque facultas noſtra intelligendi, citra recordationem.

Nunc & generatim, eſt facultas noſtra apprehenſiua, ſpiritalis.

Quomodo appellatur?

Dicitur
- *Mens, & intellectus*, quatenus apprehendit.
- *Ratio & logos* quatenus ratiocinatur.

Quotuplex intellectus?

Eſt acutus, mediocris, & hebes.

Etenim
- Vel eſt ordinarius, & fere omnium communis, ac mediocris.
- Vel paucorum proprius, diciturque *habitus* naturalis.

idque
- Siue ſit inſigniter acutus, vt virtus naturalis.
- Siue ſit inſigniter hebes, & naturale vitium: vt imprudentia naturalis.

Quotuplex mens?

Eſt { Vna *Theoretica*, intelligit, vt intelligat.
Altera *practica*, intelligit, vt regat. }

Eſt { Theoreticæ mentis, intelligere.
Practicæ, ſiue reginæ mentis, intelligere vt regat. }

Mens { Theoretica dicitur quieſcens, epiſtemonica.
Practica, mouens, logiſtica, doxaſtica, Stochaſtica, opinatrix, conjecturalis. }

ἐπιστημονική. λογιστική. δοξαστική. στοχαστική.

Oculi videre, & videndo legere.

Oculus { Aliquando videt, vt videat, ſiue propter ſe: vt quando viator quieſcens deſpectat circumiacentes campos.
Aliquando videt, vt regat, vt quando ſartor, per totũ diem intuetur pannum, viator viam, &c. }

Imperans facultas, ſibi, alterique ſufficit.

Regina mens, facultati obſequenti, non ſibi conſulit, &c.

Digitized by Google

Quæ partes humani intellectus?

1. *Eſt phantaſia*, ſeu imaginatiua rationalis.
2. *Iudicium*, ſeu vis iudicandi.
3. *Memoria*, quæ facultas recordandi, &c.

Quo temperamento delectantur?

Delectatur:
- Phantaſia *calore*, vt ex ebrijs, phreneticiſque patet.
- Memoria *humore* paulo calidiori, vt ex pueris.
- Iudicium *frigore*, itēque ſiccitate, vt ex ſenibus & melancholicis.

Vnde mentium, et ingeniorum varietas, inæqualitas?

1. *A modo*. i. magnitudine, & paruitate cerebri.
2. *A figura* eiuſdem.
3. *A temperamento*.

ARTICVLVS IIII.

De fine mentis.

Quis ſcopus mentis?

Bene intelligere, & bene intelligendo re-

Digitized by Google

gere, præcipiendo, applicando, impellendo.

Quis phantaſiæ?

Bene imaginari, & apprehendere, vt quando percipitur ſenſus propoſitionis, & ignoratur ſit nec ne vera. p. ſequentis ſenſus.

Ludouicus nunc intereſt ſacris.

Quis iudicij?

Benè iudicare, aſſentiri, diſſentire, cohibere aſſenſum, & inferre, ſeu concludere.

Quis memoriæ?

Recordari, reminiſci, admittere imagines rerum, conſeruare, ac reponere.

Quis practicæ?

Practicæ menti proponitur *bonum* facultatis obſequentis, vt theoreticæ *verum*.

Quęrit { Theoretica quid *verius*. / Vt practica ſiue actiua quid *melius*. }

Scopus { *Proximus* eſt *benè præcipere*, applicare, & impellere. / Remotus { *Recta opera* obſequentis facultatis, vt bene ſaltare. } }

Digitized by Google

Vel recta opera, & *rectum opus*: vt ædificatio, ædificium.

Obiect.

Ad argumentum, obiectumue princeps reducuntur cętera, quæ in arte, & diſciplina tractantur. p. ad numerum in atithmeticis.

Atqui ad orationem logicam (quæ primaria eſt Logicæ materia), neque mens, neque finis cius, neque habitus, &c. reducuntur.

Ergo non ſunt logicę tractationis.

Reſp.

D.S. tanquam ſpecies C. tanquam principia aut proprietates. N.

Non ſunt Logica oratio, ſed orationis Logicæ. Later non eſt ædificium, ſed ædificij.

CAPVT II.

De obiecto, ſeu de remoto Logicæ obiecto.

Quæſtiuncula methodica?

Cur Logicus, aliuſque artifex per præci-

Digitized by Google

pientem facultatem agit de materia, circa quam occupatur obſequens.

vt de corio ſutor, de panno ſartor, &c.

Reſponſio.

1. Quia, ſępe indaganda eſt, ideoque prę-cognoſcenda de quibuſdam notis.

2. Quia, cum occurrit ſponte internoſcenda eſt.

3. Quia, varia varie elaboranda eſt.

Aliter ex marmore, aliter ex ære fit ſtatua.

Obiect.

Si ſemper in ſenſus noſtros ſe aliquid inſinuat, indéque in mentem.

Probe Stoici *inuentionem* naturæ reliquerunt, ſuſtulerunt inuentiuam logicam.

Atqui ſemper, velis, nolis, in ſenſus noſtros ſe aliquid inſinuat, ergo, &c.

D.P. ſi ſemper inſinuat, ſemperque id vnum quo eſt opus C. Si ſemper quidem, ſed non ſemper id vnum quo eſt opus. N.

N.C. i. quia non ſemper occurrit illud, quo indigemus, ſæpe quod occurrit auerſamur, memoriamque eius cupimus extinctam.

2. Quia, vt occurrat illud, quo indigemus: fere non occurrit ſolitarium, ſed cum

alio coniunctum, ideo internoſcendum eſt. De qua re in ſermone de voce.

Differtne logicus ab alijs artificibus in materia conſideranda?

Partim conſentit, partim diſſentit, ac differt.

Conſentit quatenus non explicat eas materię ſuæ differentias, quę faciunt ad materiæ deſignationem, aut vnde oritur aliquid logicæ præceptionis.

Differt quoniã alibi materiam noſſe, non eſt inueniſſe; nec inueniſſe, eſt elaboraſſe:

At in logica materiam noſſe, eſt iam *inueniſſe* aliquo modo, & elaboraſſe.

Cur inueniſſe?

Quia Materiam requirimus in mente, non in natura rerum.

Cur elaboraſſe?

Quia executio, & elaboratio noſtra continetur intellectione:

Non appetitione, &c. vt in ethicis.

Non motione, vt in motiuis artibus.

Quænam eſt materia quæ proponitur obijcitur-ue menti?

Eadem quæ remota logicæ materiæ. n,

Digitized by Google

Intelligibile, ſeu quæſtio, aut res quæuis.

Quo conſilio conſideratur à Logico?

1. Vt res intelligibiles redigantur ad paucos, *diſtinctos & deſignatos* ordines: ad quam rem faciunt categoriæ.
2. Vt declarentur illę differentiæ, quæ variant *intelligibilitatem*, & modum logicę tractationis.

Harum autem illuſtriores ſubſequentibus continentur diuiſionibus.

Variæ differentiæ, & diuiſiones intelligibiles.

Prima diuiſio.

Intelligibile { vel eſt materia iuſtioris methodi: vt magnitudo geometriæ. tumque explicatur per ſe, per ſua principia, ſuas proprietates, & ſuas ſpecies, quantum patitur τὸ quatenus.
Vel non, vt triangulus, color. }

2.

Eſt { *Abſolutum* quid, vt arbor, calor.
Vel *reſpectiuum*, neceſſarioque explicandum per aliud, vt pater per filium, filius per patrem, viſus per oculum, per colorem, per viſionem. }

3

Eſt { *Subſtantiale*, vt cœlum, equus, manus.
Vel *accidentarium*, vt figura, candor. }

4.

Senſibile vt facilius imaginatione comprehenditur.
vel *Inſenſibile* & difficilius vt mens, anima.

5.

Eſt { *Commenſuratum* ingenio eius, qui doceatur.
Vel *incommenſuratum*, & docendum per commēſuratum aliquid, odor explicandus per ſaporem. }

Quiuis noſtrum { aptior ad vnam diſciplinam:
ineptior ad alteram. }

6.

Eſt { Quid *ſimplex*, vt candor.
Vel *compoſitum*, vt pulchritudo, ſanitas. }

7.

Eſt { *Permanens*, & facilius concipitur: vt ædificium, figura marmoris, &c.
vel, *ſucceſsiuum*, vt tempus, ędificatio, figura motionis.
vel *momentaneum* quid, vt mors hominis, obtenebratio. }

8.

Eſt { *Vniuerſale*, vt ſol, calor, animal.
Vel *ſingulare*, vt hic ſol, Petrus, Paulus.

9.

Eſt { *Antecedens*, id de quo aliud affirmatur, verè, vt homo, de quo animal. homo eſt animal.
Conſequens, vt animal, quod affirmatur de antecedenti.
Repugnans, id quod negatur, aut de quo negatur aliud, vt cœlum, & animal: Cœlum non eſt animal.

Quotuplex repugnans?

Eſt mere repugnans, vel oppoſitus.

Qui merè repugnans?

Qui ita pugnat cum vno, vt ſimiliter pugnet cum ſexcentis aliis.
Animal repugnat cœlo: ſed conſimiliter repugnat ferro, marmori, æri, &c.

Qui oppoſitus?

Qui ita pugnat cum vno, vt non conſimiliter pugnet cum altero, qui ſit diuerſæ naturæ.
Calor cum frigore pugnat, nec conſimiliter cum re vlla alia pugnat.

Digitized by Google

Quot ſunt genera oppoſitorum terminorum?

Sunt
- *Contradictorij*, ſiue contradicentes, vt calor, non calor, homo, quod non eſt homo.
- *Priuatiui*, vbi termini duo.
  - dicitur
    - Vnus *habitus*, categoria, affirmatio, poſitiuus terminus.
    - Alter qui dicitur *priuatio*,
  - *habitus*, vt viſus, auditus.
  - *priuatio*, vt cœcitas, ſurditas.
- *Relatiui*, vt pater & filius, dominus & ſeruus.
- *Contrarij*, vt calor & frigus.

Qui contradicentes?

Dicitur
- Vnus *affirmatio*, (ſimplex): vt cœlum, arbor, calor.
- Alter appellatur *negatio* ſimplex, & incomplexa:

Vt noncœlum: & periphraſticè; quod non eſt cœlum.

10.

Res
- Vel *pertinens* vt homo, & animal, calor & frigus.
- Vel *impertinens*, vt cœlum, & calor.

15.

11.

N. *Prius*, aut *poſterius*, aut *ſimul*.

Quibus maximè dicitur modis Prius?

Prius {
Tempore vt Alexander, quam Cæſar.
Dignitate, vt conſul, quam prætor.
Collocatione, vt exordium, quam narratio.
}

Item.

prius {
Conſequentia, & conſecutione, vt animal, quam homo: color, quam candor.
Phyſi, ſiue *natura*, & per naturam:
}
vt domus, quam paries: totum, quam pars.

Item paries, quam domus: pars quam totum.

Medium, quam finis: curatio quam ſanitas.

Quid ita?

Quia {
Domus prior per intentionē naturæ: prius intenditur ſanitas, quam medela; finis, quam medium.
Paries prior per executionē naturalem, & per geneſim.
}

13.

Eſt quid clarum: vel obſcurum.

Porrò.

Progrediendum eſt à notis, ad ignota: à claris, ad obſcura.

Quot modis, res vna notior, faciliorue, cognitu quam altera?

Duobus { *Secundum ſe*, ſiue ſecundum *naturam & rationem*: vt feneſtra, quam domus. animus, quam corpus. *Secundum nos*, ſiue *ſecundum ſenſum*: }

n. quia magis commenſuratur nobis, vt domus, quam feneſtra.

Dieſne an nox, aſpectabilior?

Diſt. { Dies ſecundum ſe, & ſecundum perſpicaces. Nox ſi ſpectetur noctua, &c. }

Sane.

Aliud clarius erudito: aliud rudi, & tyroni.

Cum quid dicitur notius ſecundum nos, accipe *rudes*, non *eruditos*.

14.

Aliquid cauſſat: aliquid cauſatur.

15.

Res, bona, mala, indifferens.

Obiect.

Si quiduis eſt bonum, nihil eſt malum, nihil indifferens.

Quiduis eſt bonum. Ergo.

Reſponſio.

Diſt. { Si bonum quiduis, cuiuis, & ad quiduis. Concedo. Si quiduis, ſed non cuiuis, & ad quiduis, Nego.

Obiect.

Si Logicus inter præcipiendum agit, non modo de ratione intelligendi, verum etiam de toto genererererum intelligibilium, fruſtra ſunt diſciplinæ ceteræ: Conſequens abſurdum. Ergo & Antecedens.

Reſp. { ſi de ijs agat, pro ipſarum dignitate, & captu. C. Si tantum modice, ruditer, nec niſi duplici nomine declarato. Nego.

CAPVT III.

De habitibus mentis. *Determinatio.*

Quid habitus mentis?

Modus, qui ſuccreſcit ipſi, ad munus ob-

eundum, vel ita obeundum.

Quotuplex?

Duplex { Vnus valet ad repræſentandum, vt imago Cæſaris, in memoria.
Alter eſt *promptitudo* quædam bene, aut male intelligendi. }

Hic quotuplex?

Duplex { Vnus eſt *naturalis* habitus, minuſque proprie habitus.
Alter *vſu* & *aſſuetudine* partus. }

Quotuplex naturalis?

Duplex { Vnus eſt *acumen* mentis, & dicitur *naturalis virtus dianoetica*: vt poëtica naturalis, logica naturalis.
Alter eſt *hebetudo* eius, & naturale vitium. }

Quid Logica naturalis?

Eſt { *Abuſiue, mens,* quatenus valet ad percipiendum, & exercendum regulas bene diſſerendi.
Propriè ſagacitas quædam mentis, quę paucorum propria, per quã vnus à natura ipſa eſt aptior ad diſſerendum, quam alius. }

Nonne omnes dialecticæ, & piraſticæ participes?

Omnes: ſed eo ſenſu, & modo, quo grammaticæ: ſermonis *dialectici* omnes, *apodictici* pauci.

Quotuplex mentis habitus vſu partus?

Eſt { Vnus *memoriæ*, vt acquiſita promptitudo admittendi imagines, &c.
Alter *mentis*, quatenus opponitur memoriæ. }

Quotuplex mentis habitus?

Duplex { Vnus eſt *vitioſus*, vt inertia, & ignorantia habitualis.
Alter eſt *laudabilis*, & propriè virtus dianoetica, ſiue intellectualis. }

Quotuplex ignoratio?

Eſt { Vna per quam non cognoſcimus.
Altera per quã, prauè cognoſcimus. }

Quomodo color ignoratur?

Ignoratur { *Negatiua* ignoratione, ab eo qui cæcus ab incunabulis.
Prauæ diſpoſitionis ignoratione, ab eo, qui male philoſophatur de colore, p. à Democrito. }

Digitized by Google

Quotuplex virtus dianoetica?

Ex libris poſteri.

Eſt { Vna *incertior*, in aſſerenda veritate, n. *opinio*. / Altera *certior*, vt *intellectus*, *ſcientia*. }

Item.

Eſt { *Simplicior*. n. *intellectus*, *ſcientia*, & *opinio*. / Vel *compoſita*, vt ſapientia, prudentia, & ars: quatenus peritiam complectitur. }

Unde compoſita?

Componitur { *ſapientia* / *ars* } ex intellectu, & / *prudentia*, ex opinione, & } ſcientia.

De *ſcientia*, *&* *opinione* poſtea.

Quid intellectus?

Eſt { Aliquando *mens ipſa*. / Aliquando *intellectio actione mentis*. / Nunc *intelligentia principiorum*. }

Quid hæc?

Dexteritas, per quam comprehenduntur propoſitiones indemonſtrabiles, quæ non egent demonſtratione, vt omne totum eſt parte maius.

Digitized by Google

Monitum de Notiori.

Notius { Aliquando, quod magis perſpe- ctum: ſiue ſit facilius, ſiue difficilius. / Aliquando, quod cognitu facilius. }

CAPVT IIII.

De functione mentis.

Quæ ſunt functiones, & officia memoriæ?

Admittere imaginem rei.

Retinere admiſſam.

Eiuſque ope rem *reponere*, per mentem, recordando, reminiſcendo.

Quid mentis functio?

Impreſsio, aut quaſi impreſſio, quæ fit menti à re obiecta, aut ſpecie, imagineue eius.

Quomodo vocatur?

Intellectio, noëma, animi conceptio, &c. νόημα.

Quæ partes intellectionis?

Sunt { *Apprehenſio*, vt quando propoſitionis ſenſus comprehenditur. / *Dijudicatio*, vt quando putatur vera aut falſa. }

Digitized by Google

Adiiudicatione τὸ eſt, τὸ *noneſt*, & τὸ *ergo*.

Quæ virtutes?

Perſpicuitas, certitudo, & veritas, celeritas, ſimplicitas, amplitudo, & fœcunditas.

Quot fit modis intellectio?

Dup. quia { Tum cereæ vuæ / Tum naturali } Mens ſimilis.

Id eſt.

Configuratur { *Aliquando ab obiecto*. p. à leone conſpecto: tumque noëma *dicitur naturale*, apud Stoicos. / *Aliquando* à ſeipſa vt cum fiũt propoſitiones, ſyllogiſmi, aurei montes, &c. }

Et noëma dicitur *artificioſum*.

Intellectio quotuplex?

Prima diuiſio.

Eſt { Apprehenſio, ſine aſſenſu, & inclinatione, dicitur ἐποχὴ ſuſpenſio ſententiæ. / Vel cum aſſenſu, qui { Firmus, vt ſcientia, intellectus. / Infirmus, vt ſuſpicio, opinio. } }

Digitized by Google

2.

Intellectionis quinque ſunt modi.

Nempe.

1. *Epoche*, quæ ſine aſſenſu, vt ſit nec ne nix candida, ignoro. ἐποχή.

2. *Opinio*, de phantaſia apparentiaue *determinata*, vt nix mihi videtur cădida: tibi ſic affecto, hoc videtur contumelioſum.

3. Opinio de apparentia *abſoluta*, vt nix videtur candida.

Voluptas omnibus, vel plurimis, videtur ſui gratia expetenda.

4. Opinio de *re apparenti*.
vt nix forte eſt candida.

5. *Comprehenſio*, perceptio, dogma. δόγμα.
Firmus aſſenſus,
vt certo nix eſt candida.

3.

Eſt { *Intuitus* animi, ſiue prima mentis operatio.
Vel *propoſitio*, ſiue enuntiatio.
Vel *argumentatio*. }

4.

Eſt { *Directa*, vt quando concipis lumen.
Vel *reflexa*, vt cum intelligis te intelligere, te intellexiſſe, &c. }

Digitized by Google

CAPVT Vltimum.

De rationis opere, & ente.

ARTICVLVS I.

De opere.

Quid ἐργὸν ſiue opus?

Eſt { Nunc *opera*, vel effectus operæ: vt ædificatio, ædificium. Nunc *tantum effectus operæ*, ſiue operationis. }

Tum.

Dicitur { *Propriiſſimè effectus ſenſibilis*, & permanens: vt calceus, domus, nauis. Latè quiuis *effectus operæ*. }

Qui occurrunt operis gradus?

1. Effectus permanẽs, ac ſenſibilis, vt domus, calceus. *Ædificiũ*

2. Effectus permanens, ſed inſenſibilis: vt iuſtitia, logica, & conſimiles virtutes. *Iuſtitia.*

3. Effectus ſenſibilis, ſed non permanens, vt cantilena. *Cantilena.*

Digitized by Google

4. Effectus, nec ſenſibilis, nec permanens, vt interna cogitatio obiectiua.

Permanet-ne cogitatio?

Per ſe neutiquam: ſed tantum per *ſcripturam*.

Senſibilis-ne?

Per ſe non ſentitur cogitatio: ſed tantum per externum ſignum. p. per vocem, & ſcripturam.

ARTICVLVS II.

De mentis, rationiſ-ue opere.

Quotuplex animi conceptio?

Duplex {
- Vna *formalis*, quę eſt functio mentis concipientis: p. motus ille animi, quo definitur homo.
- Altera *obiectiua*, quę dicitur intentio obiectiua.

Quid conceptio obiectiua?

Eſt res, quæ concipitur, aut affectio conueniens illi, per τὸ concipere, & concipi: vt homo cogitatus, & affectio hominis cogitati.

Digitized by Google

Quid eſt ſtatuarij opus?

Eſt materia,[remota ſtatuarij] cum forma, quam ipſi ſtatuarius impoſuit, n. ſtatua.

Quid opus mentis?

Eſt { Nunc *opera* actioue mentis. / Nunc *effectus*. i. res induta conceptione.

Quotuplex hoc mentis opus?

Duplex { *Internum*, eſt res concepta: res obiectiua; quã intellectione mens affecit. / *Externum*, eſt ſermo exterior: Cogitatio exteriori ſigno declarata.

M

Solet eodem nomine ſignificari opera, & effectus operæ.

Contabulatio { Nunc τὸ contabulare, aut contabulari. / Nunc effectus, τοῦ contabulare.

Pictura { Nunc opera pictoris. / Nunc effectus, qui in tabula, &c.

Definitio { Nunc motus mentis definientis coniungentiſque genus,

cum differentia. p. animal, cum rationali.

Nunc genus cum differentia coniunctum, per mentis operam: vt animal, cum rationali.

ARTICVLVS III.

De multiplicitate logicæ intentionis.

Quotuplex intentio, conceptioue logica?

Duplex { *Formalis*, quæ mentis opera: vt τὸ definire hominem.
Obiectiua, quæ mentis opus, & effectus, vt definitio quando dicitur eſſe idem cum re definita. }

Quid intentio obiectiua?

Eſt res intellecta, vt homo animo conceptus: vel affectio, & proprietas, quæ innaſcitur rei intellectæ, propter intellectionem, vel talem intellectionem: vt ſubiectio, prædicatio, generalitas.

Digitized by Google

Quotuplex obiectiua?

Eſt { Vna *prima* , quâ id quod concipitur, exprimitur, vt homo, & animal: in hac oratione: homo eſt animal.
Altera eſt *ſecunda*, quæ affectio, &c. }

vt exemp. gr. ſubiectio, per quam homo ſubijcitur:

Prædicatio, per quam animal, prędicatur, in ſuperiori oratione.

Quid ſecunda intentio?

Eſt affectio rei intellectæ, quatenus cognoſcitur.

Quid prima?

Eſt res induta conceptione, id quod concipitur: vt homo cogitatus, chimæra cogitata.

Quotuplex prima intentio?

Eſt { Vna *propriè prima*, quæ ita prima, vt nunquam ſit ſecunda: cuiuſmodi eſt Deus cogitatus, chimæra cogitata.
Altera *ita prima*, vt aliquando ſit ſecunda: cuiuſmodi eſt *prædicatio*. }

Etenim.

Prædicatio, eſt ſecunda intentio, in hac pro-

Digitized by Google

poſitione: homo eſt animal.

Eſt prima intentio, in ſequenti: prædicatio eſt relatio.

Omnis ſecunda intentio poteſt euadere prima,

Quia cognoſci poteſt, atque exprimi.

Intentio prima definitur, id quod cognoſcitur.

Quid maximè ſuboritur incommodi in logicis, ex hac reciprocatione?

Oritur ſeges ambiguitatum, & captiuncularum quas diſſolues ad proponendum à nobis ſpecimen.

In grammaticis conſimiles oriuntur, ex duplici eiuſdem vocis vſurpatione: videlicet *materiali*, *perſonali*.

Specimen grammaticæ ambiguitatis, et obiectionis.

1. Mus rodit: mus eſt ſyllaba: Ergo ſyllaba rodit.
2. Hodie eſt aduerbium, tu es hodie: Ergo tu es aduerbium.
3. Indeclinabile non declinatur per varios caſus:

Atqui indeclinabile, eſt indeclinabile: Ergo indeclinabile, non declinatur.

Digitized by Google

Solutio.

Diſt. prop
- Si mus ſumitur *materaliter* pro hac voce, *mus*: Nego.
- Sin autem *perſonaliter*, pro certo quodam animali: Concedo.
- D. S. ſi ſumitur *materialiter*, C. ſi *perſonaliter*. N.

Specimen & exemplum logicæ captiunculæ, ab indicato fonte emanantis.

Indiuiduum non eſt terminus communis:
Atqui indiuiduum, eſt indiuiduum.
Ergo indiuiduum, non eſt terminus communis:
Proinde non ſunt plura indiuidua.
Prædicatum non eſt ſubiectum.
Atqui in oratione, & propoſitione, prædicatum opponitur ſubiecto:
τὸ prædicatum eſt prædicatum.
Ergo illic non eſt ſubiectum.

Solutio.

Diſt. prop.
- Si τὸ indiuiduum ſumitur pro Petro, & aliis conſimilibus, C.
- Sin vero vſurpetur pro hoc ipſo termino *indiuiduum*. N.

Eſt enim terminus communiſſimus.

Maſculinum

Digitized by Google

Maſculinum genus non eſt maſculini generis &c.

ARTICVLVS IIII.

Quæ conceptio doceatur in logicis?

Docet-ne logicus formalem conceptionem, an obiectiuam: mentis operam, an mentis opus & effectũ?

Vtramque: vt architectus ædificationem, & ædificium.

Definitio, diuiſio, & alij conſimiles termini, in logicis vſurpantur-ne pro opera, an pro opere?

Vſurpantur ſæpius, potiuſque pro opere quam pro opera.

Pro obiectiua, quam pro formali conceptione:

Pro re concepta, quam pro cogitatione.

Scientias, methodos, & diſciplinas, imaginamur potius, fœliciuſque tan-

quam ædificia, quam tanquã ædificationes:
tanquam res cogitâtione comprehenſas, quam tanquam cogitationem.
Quando definitio dicitur conſtare *genere & differentia*, eſſe idem cum re definita, vt animal rationale, cum homine:
Accipienda eſt obiectiua, non formalis definitio.

Quare logicus dicitur maximè occupari in docendis ſecundis intentionibus?

Operis artificioſi appellationes, & affectiones, duplicis ſunt generis.
Quia { Quædam conueniunt ipſi, citra artificis opem: vt quod lapis ſit durus, mollis, &c.
Quædam non niſi per artis beneficium: vt quod lapis ſit limen, ſit columna, &c. }
Artifices autem, inter docendum, potiſſimum occupantur in enarrandis poſterioris generis affectionibus.
In docendo τὰ eſſe illa quæ ipſi faciunt, de qua re mox.
Porrò, quæ dicuntur ſecundæ intentiones, ſunt affectiones poſterioris gene-

ris, ad logicæ opus pertinentes.
Ideo in ipſis enarrandis, maximè immorantur logici.
Docemuſne etiam primas intentiones?
Docemus: quoniam artifex docet, non modo proprietates operis,
Verum etiam opera ipſa. p. calceos, domos.

ARTICVLVS V.

De Ente Logico.

Quare Logici docent τὸ ens illud, quod vocant ens rationis, ens rationale?

Quoniam mens, ſiue ratio, eſt apud nos *Facultas obſequens:*
Artifex, dum in docendo occupatur, exponit opus, & τὸ eſſe, quod facit:
Opus ſiue rem, & ens facultatis obſequentis:

vt { Faber, opus fabrile, rem fabrilem, ens fabrile.
Sutor opus ſutorium, eſſe ſutoriũ, ens ſutorium.
Architectus domum, feneſtram, τὸ eſſe domum. }

Digitized by Google

Quid ens fabrile ?

Eſt { Latè quidquid ad fabrum pertinet, vt lignum, malleus.
Propriè, fabrile opus. }

Quid ens rationis, enſue rationale?

Eſt { Aliquando, & latiſſimè, quidquid ad mentem, & rationem pertinet. vt imagines rerum, habitus mentis, & functiones.
Nunc generatim, quidquid eſt in mente obiectiuè, & per notitiam, ſeu conceptio obiectiua, vt Deus conceptus, chimæra concepta.
Propriè, quod ita in mente obiectiuè, vt nequeat eſſe in natura rerum: huiuſmodi eſt chimęra, hippocētaurus, ſeruitus agri, conſulatus, dominium. }

Secunda intentio, vt prædicatio, ſubiectio, &c.

Quotuplex ens rationale, ſiue ſit merum & proprium, ſiue non?

Eſt { *Primarium*, quod prima intentio obiectiua, vt Deus conceptus, chimæra concepta.
Vel *ſecundarium*, quod ſecunda intentio, vt generalitas, prædicatio, con- }

Digitized by Google

cretio, abſtractio.

Monitum.

Intentio { In mente, *conceptio* ad quam tendit.
In voluntate, *actio* quædam ipſius, circa finem.
In ſermone de magis, & minus, eſt *multitudo* graduum intra ſe: de qua re alibi.

ARTICVLVS VI.

De ſermone exteriori.

Quid ſermo exterior?

Eſt conceptio obiectiua, cum formali ſigno exteriori, & arbitrario declarata.

Cur declarata?

Quoniam vtraque conceptio declaranda alteri; quandoquidem homo eſt ciuile animal, &c.

Et tamen cogitatio nunquam per ſe patet, res cogitata vt plurimũ non eſt ad manum: & quando exhiberi, & quaſi digito oſtendi poteſt, ferè oſtenditur coniuncta cum rebus alijs, quæ ſimul velis, nolis, exhibentur.

Digitized by Google

vt quando figuram pomi declaraturus, exhibes pomum.

Ideo ſigno eſt opus, ad iudicationem, & ſecretionem.

Quotuplex ſermo externus?

Eſt { Vnus pro *præſentibus* tantum, vt vocalis.
Alter etiam pro *abſentibus* vt ſcriptus. }

Quotuplex ſcriptus?

Eſt { Vnus qui proxime ſignificat *voces*; vt latinus, græcus, gallicus.
Alter qui proxime *res*, vt ſcriptura hieroglifica & ſcriptura Sinarum Chinetumue. }

Quid ſermo vocalis ſiue loqui?

Verbum mentis. Eſt præſtare quatuor;

Nempe { 1. *Concipere*, aliquid rei, puta canem.
Verbum cordis. 2. animum habere declarandi r. m illam alteri.
Verbum oris. 3. Concipere *vocale ſignum*. p. nomen canis.
4. Denique, *proferre* ipſum. }

Quotuplex ſermo vocalis?

Eſt { Vnus *complexus*, & compoſitus, qui propriè dicitur *oratio*, vt Deus ſanctus.

{ Alter *incomplexus*, ſiue ſimplex, qui dicitur terminus, & pars orationis.

Quid oratio dum opponitur termino?

Vox ſignificans, ex inſtitutione hominum, cuius partes ſeparatæ, ſignificant illud, quod ſignificabant antea.

Quotuplex oratio?

Eſt { Vna ſine verbo, vt Deus ſanctus.
Altera cum verbo, quæ duplex.

quia { Vna neque ſignificat verum, neque falſum, vt ſi veni, ſi veniam.
Altera eſt propoſitio, & enunciatio, vt homo eſt animal: Deus eſt ſanctus.

Monitum.

Oratio *monitoria* eſt tantum.

Vel prætcrea *iudicatoria*: de qua re alibi.

Orationes Logicæ, componuntur ex propoſitionibus: aut ſaltem ex terminis diſſoluuntur, in propoſitiones & terminos.

Quæſtiuncula.

Apud Peripateticos, & logicos, quid maximè conſiderandum in ſequenti ſcriptura & conſimilibus. Homo eſt animal?

Digitized by Google

Reſponſio.

1. *figura*, & pictura, per quam voces exhibentur, vbi quæritur concinnitas, cōpendium, ſiue breuitas.
2. *Voces*, quæ conceptionum integumenta ſymbola.
3. *Conceptio formalis*, vt cogitatio, per quam comprehenditur: homo eſt animal.
4. Res cogitata, & expreſſa, *intentio prima*, vt homo, & animal.
5. *Intentio ſecunda*, vt prædicatio animalis, hominis ſubiectio, &c.

Sane { Vt grammatici excutiunt caſum, numerum, declinationem, genus, & conſimiles alias affectiones: Ita nos generalitatem, ſingularitatem, abſtractionem, concretionem, prædicationem, &c.

Monitum.

Aliter ſcribendum, aliter loquendum: de qua re præcipere cuius niſi logici artificis.

Digitized by Google

LIBER II.

DE INTVITV ANIMI, et de terminis, ratione vocis et formæ.

CAPVT I.

Deprima operatione mentis.

Quid ipſa?

Eſt intelligentia rei, quæ expers affirmationis, & negationis, veritatis & falſitatis: vt conceptio equi; conceptio lapidis.

Monitum.

Datur { Simplex affirmatio, vt homo. Simplex negatio, vt non homo. }

Sed non ſunt propriè, & perfectè, affirmatio. Perfecta affirmatio, non niſi in propoſitione, &c. vt homo eſt animal.

Digitized by Google

Quî vocatur prima mentis operatio?

Simplex apprehenſio , intuitus animi, ſimplex animi intuitus, intelligentia expers compoſitionis & diuiſionis. i. affirmationis, & negationis.

Quid maxime officit menti intuenti, & intuituræ?

Officit { *Obſcuritas* imaginum.
Diſiunctio rerum cõiungendarũ.
Coniunctio diſiungendarum. }

Id eſt.

1. Id quod imagines multæ ſunt illuſtres parum.

Nempe { Propter hebetudinem mentis & ſenſus.
Propter obſcuritatem rerum.
Propter incommenſurationem, aſymmetriam. }

2. Id quod natura diuulſit res multas. p. res ſimiles, vt candores, homines.

Quas tamen mens in vnam notionem cogere debet, & coniungere, *complectendo*.

3. Id quod natura coniunxit res diſſentaneas, quas mens noſtra, quo melius percipiantur, diuellere debet, abſtrahendo.

Nam in pomo exemp. gr. offenditur, ſub-

ſtantia, quantitas, figura, calor, color, ſapor, &c.

Incõmodorum poſteriorũ quæ remedia?

Medemur { Diſiunctioni, coniunctione.
Coniunctioni, diſiunctione.

Nam { Tollimus ſimilium *diuulſionem*, reuocando omnia ſimilia, per *complexionem*, ad vnam communem, & vniuerſalẽ notionem. p. candores, ad candorem communem.
Tollimus *confuſionem*, reuocando varia, varias ad categorias, & diuerſos ordines, & varias ordine in eodem ſedes, partim abſtrahendo, partim complectendo.

Quid apud nos abſtrahere?

Eſt rem vnam noſſe, ſine alia coniuncta, vt candorem, ſine lacte, ſine ſapore. qui abſtrahit non ideo mentitur.

Abſtrahit *ſenſus*, vt viſus, percipiendo colorem ſine ſapore.

Abſtrahit & *mens*, idque cum libertate aliqua.

Quid apud nos complecti?

Eſt duo, vel plura, vna notione compre-

hendere: vt candores omnes, montem & aurum.

Quotuplex intuitus animi?

Duplex { Vnus eſt *compoſitus*: vt nix candida.
Alter eſt *ſimplex*, qui vocatur terminus. }

CAPVT II.

Quid Terminus, & quotuplex?

Terminus eſt pars orationis, potiſſimum autem, quæ perfectior, vt nomen, pronomen, verbum.

Quotuplex?

Eſt mentalis, ſcriptus, & vocalis, quem conſideramus.

Quid vocalis terminus?

Definitur { *Simplex intelligentia*, voce expreſſa.
vox index ſimplicis rei, & ſimplicis eius conceptionis.
Res ſimplex cogitata, cum cogitatione voce circumueſtita. }

Digitized by Google

Unde æſtimatur illius ſimplicitas, vnitas?

Ex ſenſu, & conceptu potius, quam ex voce.

vox non habetur, niſi pro integumento, & ſymbolo.

Non ſi quis mutauit indumentum, ideò debet cenſeri alius.

Itaque culter, & gladius, habèntur pro vno termino.

Si quid effertur, nunc græcè, nunc latine, non ideo cenſendum aliud.

Quot quiſque ſumitur modis?

Duobus { Pro *re* ſignificata: in hunc modum, mus rodit. *Perſonaliter.*
Pro *voce*, & ſono: in hunc modum, mus eſt ſyllaba. *Materialiter.* }

Quot à logico conſideratur modis?

Duobus { 1. Secundum ſe, quæ conſideratio huius eſt loci.
2. vt collocatus in aliqua oratione, p. in propoſitione, ſyllogiſmo, &c. }

vt quando eſt prædicatum, ſubiectum, argumentum, &c.

Digitized by Google

Quot maximè in vnoquoque conſiderantur?

Tria { 1. *Vox*, quæ ſymbolum, & ſignum conceptionum.
2. *res cogitata*, ſeu prima intentio obiectiua.
3. Cogitatio cum ſecunda intentione inde emananti. }

Quot hic maximè modis diuiditur terminus?

Columnæ, veſtes, & alia conſimilia, duobus maximè diuiduntur modis:

n. { Per *materiam*, columnę æreæ, ligneæ, marmoreæ.
Per *formam*, columnæ doricæ, ionicæ, &c. }

Sed vocali termino, pręter materiam, & formam, vox ineſt pro integumento.

Itaque tribus maximè diuiditur modis.

n. { Per *materiam ſiue* per rem cogitatam, & primam intenſionem:
p. { In ſubſtantialem & accidentarium.
In realem, & rationalem.
Poſitiuum, priuatiuum, negatiuum, &c. } }

Digitized by Google

de quibus diuiſionibus libello 3.
Per *intellectionem*, & ſecundam intentionem, quam à mente recipit.
Et per *vocem*, quæ diuidendi ratio poſtrema communis logico, cum grammatico, &c.

Quæ principes termini diuiſiones à voce repetitæ?

1.

Terminus eſt *elegans*: vel *inelegans*.
Munda ſit oratio peripatetici.

2

Eſt proprius: vel metaphoricus.
Sed Peripatetici delectantur proprietate.

3

Eſt vſitatus: vel inuſitatus, & inſolens.
Sed { Fugienda quantum licet inſolentia,
Loquendum eſt vt multi, ſapiendum vt pauci.

4

Eſt periphraſticus: vel non.

5

Eſt { Synonymus grāmaticè, i. eiuſdem cum alio ſignificationis:
vt culter, & gladius: fœlix, & beatus.
Vel non, vt Roma & Lutetia.

Digitized by Google

Verum.

Multa extra ſcholas promiſcuè vſurpantur, quę in ſcholis diſtinguuntur, & certis ſingula addicuntur ſignificationibus.

vt homonymum & ſynonymum.

Diuerſum, differens, diſſentaneum, beatitas, fœlicitas, vt famuli duo, iiſdem officijs funguntur, extra familiam regis: in ea munere, & officio diſtinguuntur.

6

Eſt { Homonymus terminus, ſiue ambiguus, æquiuocus, multiplex, multiplicis ſignificationis: vt ius, Lugdunum, Neomagus.
Vel non vt Ludouicus, Lutetia, Roma, & qui termini dicuntur logicè *ſynonymi*, & vnius ſignificationis. p. homo, animal, candor, &c. }

Obiectio.

Quiuis terminus eſt ambiguus, homonymus, æquiuocus.

Sumitur e. g. materaliter, perſonaliter, per ambiguitatem.

Ergo nullus eſt ſynonymus, nullus vnicæ ſignificationis.

Reſponſio.

Diſt. Antec. alicubi, & aliquādo C. vbique, & ſemper

& ſemper, N. Etenim non cenſetur homonymus, niſi vbi poteſt probabiliter trahi in varios ſignificatus.

Preterea { Vt ſæpo famuli extra familiam magnatum, multis ſinguli officijs funguntur: poſt admiſſionem, vni, aut paucis adiguntur: itaut non facile vnus alterius fungatur munere:
Sic etiam, quæ vocabula, extra ſcholas plurimos habent ſignificatus:

Solent in ſcholis, in vnum contrahi, aut pauciores: itaut non facilè duo, aut ſaltem plura in eodem ſenſu accipiantur.

2. Quia turbat vt Inopia: ita copia verborũ.

Niſi quod magiſtri eſt enodare, & explicare externas ambiguitates.

Quoniam extra ſcholas, loquendum vt omnes.

Diuiſiones termini per conformationes varias quas à mente capit dum cogitatur.

Prima diuiſio.

{ *Abſolutus* terminus, qui eſt ſenſu

Adiecti-uus. Eſt { ſubſtantiuus vt homo, candor, τὸ candere. / *Connotatiuus*, paronymus, denominatiuus, qui ſignificatione eſt adiectiuus. }

vt amo, amans, amicus, &c.
Rex, regina, diſputator, diſputatrix, & conſimilia vocabula.

Quot ſunt in denominatiuo, vt in candido?

Forma materia. Duo { *Denominans*, vt candor exempli gratia. / Et *denominabile*, vt res, quæ candore afficienda. p. nix, marmor. }

2.

Terminus { *Abſtractus*, vt pietas, animalitas. / Vel *concretus*, vt pius, animal, homo. }

Abſtractus quomodo effertur?

Effertur { *Sine* periphraſi, vt albor, albere. / Vel *cum* periphraſi. p. in h.m. }
Ratio candidi, ratio animalis.
Energia candidi, eſſentia candidi.
τὸ eſſe candidi, τὸ eſſe hominis, &c.

τὸ albere, eſt-ne concretum, an abſtractum?

3.

Eſt {
Categorema, ſeu terminus categorematicus eſt *dictũ*, id quod dicitur. vt homo, prudens, ambulans, prudentia.
Syncategorema, terminuſue ſyncategorematicus, eſt velut *condictum*, quod dicitur ſimul.
}

vt omnis, ſemper, prudenter, &c.

Quarta, & præcipua.

Eſt {
Singularis terminus, de vno tantum affirmatur, diciturque *indiuiduum*, proprium nomen, & ſpecies apud Iuriſconſultos.
vt { Ludouicus, Lutetia. Rex Franciæ, vrbs. Hic Rex, hæc vrbs. Quidam rex, quædam vrbs. }
Communis, affirmatur de pluribus ſigillatim ſumptis, vt homo, candidus, &c.
}

Quotuplex communis?

Eſt {
ſine diuiſione ſui communis, vt Deus tribus perſonis. Pater eſt Deus: Filius eſt Deus:

ſed idem, non alter.

Vel cum diuiſione communis, & diuiſim, vt homo Petro, Paulo, Platoni, Socrati, &c.

Petrus eſt homo: Paulus eſt homo: ſed alter.

Quotuplex diuiſim communis?

Eſt { Vel *ſynonymus*, vniuocus, & vnius ſignificationis: dicitur vniuerſalis vniuerſalę.
vt animal, homo, rationale, &c.

Vel *homonymus*, & æquiuocus, atque ambiguus.
vt fundamentum, ius, oculus, &c. }

Quæſtiuncula?

Cur hę diuiſiones, & differentiæ, dicuntur à cogitatione, & ſecundis intentionibus repetitæ?

Quia res eadem, dum aliter, atque aliter cogitatur, eſt abſoluta, & connotatiua: abſtracta, & concreta, &c.

Natura Petri, dum cogitatur ſola eſt ſingularis terminus.

Si per abſtractionem ſeiungatur à rebus alienis, quæ cum ipſa ſunt coniunctæ p. à candore, frigore, &c.

Et per complexionem cum reliquis hu-

manis naturis coniungatur, fit *communis terminus.*

Cogita *candorem ſolum*, fit abſtractus terminus.

Cogita candorē, & niuem, fit concretus.

Prudens nunc categorema, nunc ſyncategorema: Petrus eſt prudens.

Petrus eſt medicus prudens.

CAPVT III.

De homonymis, ſeu æquiuocis.

Quid homonymum?

Æquiuocum æquiuocans, eſt terminus, qui communis multis: ſed non planè, vno eodemque ſenſu: vt nomen canis, ius, oculus,

Æquiuoca æquiuocata ſunt duo, vel plura, quibus vnus terminus, eſt communis per ambiguitatem aliquam: vt canis, marinus, canis terrenus, iuſculum, iuſtitia, &c.

Quotuplex homonyma æquiuocatio?

Vna *pura*, & mera. n. homonymia: cum nulla occurrit, aut ſaltem

Eſt { nulla ſatis idonea, cur terminus ſit communis:
tumque confugiendum eſt ad diſtinctionem: vt quando ius pertinet ad forum, & ad culinam.
Altera *analogica* in ſcholis dicitur, .n. cum occurrit ſatis idonea cauſa, cur terminus ſit communis. }

Quotuplex idonea?

Duplex. *n. analogia & attributio.*

Quid analogia, ſiue proportio?

Eſt cum ſe habet, vt primum ad ſecundum: ita tertium ad quartum,

e.g. { vt oculus ad corp⁹ / ita mens ad animum. } { vt 2. ad 4. / ita 6. ad 12. }

Quid attributio?

Attributio eſt quando multa ad vnum referuntur: ſed variè.

Vt reliqua ſana, ad animal ſanum.

Ciceroniana, ad Ciceronem, fabrilia ad fabrum.

Omnia Ciceroniana ſunt Ciceronis: ſed variè.

Digitized by Google

Eſt	Tulliola	Ciceronian.	quia eſt filia	Ciceronis.
	Tuſculanum		quia eſt villa	
	Liber de officijs		quia eſt opus	

Sed attributio quæuis, aliquid analogiæ videtur continere in h. m.

Habet ſe { Vt vrina ſana, ad ſignificandã ſanitatem:
Ita tempus ſanum, ad efficiendam, conſeruandam, &c. }

Quotuplex ergo terminus homonymus?

Eſt { Vnus purè homonymus: vt ius, & ſolet appellari homonymus ſine additamento, homonymus ſpeciatim.
Alter non purè homonymus, vt fundamentum, & dicitur *analogus*, *analogicus*, *analogum*, *analogans*. }

Quid analogum?

Analogum analogans, eſt terminus communis multis, propter analogiam, proportionem:
vt fundamentum, fons, oculus, &c.
vt oculus ſe habet ad corpus: ita mens, ad animum.

Digitized by Google

ideo mens appellatur oculus.

Lex appellatur fundamentum reipub. quia, &c.

Analoga analogata ſunt ea, quibus nomen eſt commune, propter analogiam.

vt oculus animi, & mens.

ima pars domus & lex.

Quotuplex analogicus terminus?

Duplex {
Vel eſt tantum *analogicus*, mere analogicus, vt lex, oculus, fundamentum.
& tunc occurrit dependentia ſecundum *nomen*, non ſecundum *rem*.
Vel attributiuus, ſeu dictus *ab vno & ad vnum*, & inuoluit dependentiam, tum ratione *nominis*, tum *ratione rei*.
}

Fabrilia pendent à fabro, ratione nominis, & ratione rei.

Quotuplex attributiuus?

Eſt {
Vel prioris generis, vt ſanus, a, um, bonus, a, um,
Vel poſterioris, vt ſalubre, Ciceronianus, marmoreus, poëticus, fabrilis, & alij ſexcenti termini eiuſdem generis.
}

CAPVT IIII.
De ſynonymo & vniuerſali termino.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ipſo generatim.

Quid res vniuerſalis, & communis?

Id quod ita vnum, vt ad omnia pertineat, vel ad multa, vt ſol, rex, Deus.

Quid vniuerſalis terminus?

Eſt terminus, qui cum ſit vnus, nihilominus ad multa omniaue, vno eodemque ſenſu pertinet, vt equus, homo.

Quot obſeruātur gradus dum auditur?

Quatuor:
1. *Vox communis*: vt nomen equi.
2. *cogitatio* communis, vt conceptio equi.
3. *Natura communis*, vt eſſentia equina, communis omnibus equis.
4. *Multæ particulares* naturæ, vt natura Bucephali, natura huius equi, natura illius.

Digitized by Google

Sed Stoici, cum Nominalibus, repudiant *tertium gradum*, ſeu eſſentias reales communes.

Quot modis explicatur vniuerſale, vt equus vniuerſalis?

Explicatur
- 1. Stoicè & nominaliter.
- 2. Platonicè.
- 3. Peripateticè.

Quomodo cogitatur?

Vniuerſale
- Vel inſtar *annuli*, vt à Platone.
- Vel inſtar *ſignorum*, quæ ceris multis imprimũtur, vt à Peripateticis.
- Vel inſtar *notionis*, quæ efformatur conſpecto vno è cereis ſignis. p. Stoicis.

ARTICVLVS II.

Doctrina Stoica, & nominalis.

Quid vniuerſale Stoicis?

Eſt notio animi, & cogitatio, quæ ſine variatione ſui, multa ſimilia repræſentat p. omnes equos, licet non ab omnibus expreſſa, verum ab vno, aut à paucis.

Quid Nominalibus?

Digitized by Google

Vniuerſale { *Poſitiuum* ſeu arbitrarium eſt, *vox communis* ; vt nomen equus.
Naturale, eſt conceptio communis: non natura cõmunis, vt equi cogitatio, quæ omnes equos repræſentat.

ARTICVLVS III.

Doctrina Platonis de vniuerſali.

Quid apud Platonem ſignificatur nomine ſynonymo?

Idea quando præfigitur *ipſe, a, vm,* vt cum dicitur ipſe equus, ipſe elephas.

Quid idea? quid idos?

Idea eſt forma exemplaris, aut exemplar, & comprehenditur *ſcientia:*

I*dos* eſt forma operis, aut opus, & comprehenditur *opinione.*

Figũra domus in mente architecti eſt *idea*: domus exterioris eſt *idos.*

Quid ipſe equus Platoni?

Diſt. { Platonicorum interpretatione, eſt typus equorũ faciendorum, in diuina mente: Deus, vt ab equis imitabilis.
Vt colligitur ex Ariſtotele, eſt *vnus*

Digitized by Google

aliquis equus, factus à Deo, incorporeus, & immortalis, qui per ſe eſt equus, cuiuſque participatione reliqui equi ſunt equi.

Quid ergo Platoni idea, ſeu naturalis idea?

Eſt { Vel typus *rei faciendæ* in diuinâ mente.
Vel typus *exterior*, *incorporeus*, & incorruptibilis, creatus à Deo, quo vtatur natura, ad conſimilium rerum procreationem.

Ita vt ipſe equus, exemp. gr. ſit quędam anima equi, incorporea, & incorruptibilis.

ARTICVLVS IIII.

Doctrina peripatetica de vniuerſalibus.

Quid Synonymum, ſeu vniuocum?

Vniuocum *Vniuocans*, ſeu vniuerſale, eſt natura communis multis vna eademque ratione & definitione, vt natura hominis:

Terminus, homo, Petro, & Paulo.

Vniuoca vniuocata, ſunt ea, quibus termi-

nus eſt communis vno eodemque ſenſu: vt Petrus, Paulus, Socrates.

Datur-ne natura communis & vniuerſalis?

Quod eſt *vnum*, & in multis, id vniuerſale.
Datur natura, quæ ſit vna, & in multis: vt equus, homo: ergo datur natura vniuerſalis,

Cur equus in multis?

Quia in Bucephalo, & aliis ſingularibus equis.

Cur vna eſt natura?

Similia citra mentis noſtræ operam ſunt aliquomodo vnum, vt ſimiliora magis vnum.
vel ſaltem vniuntur, per cogitationem.
Quia vna eademque conceptione, comprehenduntur.
Atqui omnes equi ſunt ſimiles.
Ergo ſunt vnum per naturam, aut per mentem ſaltem.

Quomodo definitur vniuerſale?

Terminus, qui de multis ſubiectis ſynonymè, & diuiſim prædicatur, prædicariue poteſt.

Quid hic prædicare?

Eſt verè affirmare: de qua re in elementis.

Digitized by Google

Quid hîc ſubiectum?

Id de quo aliud affirmatur, vt homo de quo animal in h. m.

Homo eſt animal.

Quotuplex vniuerſale?

Vel inordinatè prædicatur diciturue, & contra naturam in h.m.

Animal eſt homo: rex eſt homo.

Figura eſt cerea: marmor eſt candidum.

Ordinatè, & ſecundum naturam in hunc modum, homo eſt animal: homo eſt rex.

Cera eſt figurata: marmor eſt candidum.

Tumque?

Subiicitur, quod recipit, vt marmor.

Prædicatur, quod recipitur, vt cando r candidum.

Poteſtne, idem eſſe ordinatum, et inordinatum?

Poteſt: verum ſecundum aliam, atque aliam comparationem, vt animal coloratum, candidum, &c.

Petrus eſt homo: pictor eſt homo.

Quotuplex vniuerſale ordinatum?

Quintuplex: *genus, ſpecies, differentia, proprium,* & *accidens.*

Digitized by Google

Quid ita?

Quia { Vel ad quæſtionē quid eſt prædicatur de re ſingulari, ſiue ſit ſubſtantiuum, ſiue adiectiuum.
Tumq; eſt gen⁹, vel vltima ſpecies.
nempe { *Species* ſi reſpōdeatur ſufficienter vt homo, & lactuca.
Genus, ſi inchoatè tantū vt animal, olus, herba.
Vel ad quæſtionem *quale eſt*, alienamue quamuis à quæſtione quid eſt, eſt que terminus adiectiuus, cōnotatiuus. }

Tum,

Eſt { Aut *de eſſentia* rei, dicitur *quæ differentia*:
vt par, impar, rationale, ſanguineum, &c.
Aut *non* eſt *eſſentiale* quid, *ſed accidens*, & quid aduentitium. }

Porrò *prædicabile* accidens, eſt duplex.

Nempe,

Eſt { *Accidens proprium*, vt videns, riſibile, &c.
quod *proprium* ſolet appellari, reiecto accidentis nomine.
Accidens commune, vt candidum, nigrum: quod *accidens* ſolet appellari. }

Digitized by Google

Obiect.

Si quoduis vniuerſale, eſt genus vel ſpecies: fruſtra differentia, proprium, & accidens ſubiunguntur.

Sed nullſi occurrit vniuerſale, quod non ſit genus, vel vltima ſpecies, quod non poſſit prædicari, *in quid.* Ergo fruſtra differentia, proprium, & accidens.

Reſponſio.

Diſt. propoſitio. { Si quoduis & ſecũdum quamuis comparationem, C.
Si quoduis, at non ſecundum quamuis collationem, N. }

Diſt. Sump. { Secundum aliquam collationem. C.
Secundam quamuis. N. }

Nam, exempli gr.

Candidum { Si conferas cum colorato: illud eſt ſpecies, hoc genus. candidum eſt coloratum.
At ſi cum niue, ebore, marmore, lacte, neutrum eſt genus, neutrum eſt ſpecies: }

Sed vtrumque accidit,
Marmor eſt candidum, eſt coloratum.

Monitum.

Non ſi omnes ſunt filij, aut parentes, ideo non

non datur frater, patruus, &c.

CAPVT V.

De quinque vniuerſalibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Genere.

Quid alibi genus?

Species, ſexus, ſoboles, gens, effectus geneſeos.

Quid hîc?

Eſt vniuerſale, ſubſtantiuum vel adiectiuum, quod prædicatur de multis ſpeciebus *in quid*.

vt { Color de atrore, candore.
Coloratum, de atro, candido.
Magiſtratus, de prætore, de conſule.
Seruitus, de ſeruitute perſonæ, prædij, &c. }

Quotuplex genus?

Eſt { Vel *generaliſsimum*, sũmum, primum: tumque inſtar parentis primi, & ita genus vt non ſit ſpecies: veluti ſubſtantia, quantitas, qualitas.
Vel *ſubalternum*, intermedium, inter-

Digitized by Google

iectum, quod partim genus, partim ſpecies, pro varia collatione.

Animal { Eſt genus; ſi cum homine, belluaque conferatur.
Eſt ſpecies, ſi referatur ad corpus viuens.
Magiſtratus eſt genus, ſi conferatur cum prætore; eſt ſpecies, ſi cum rectore.

ARTICVLVS II.

De Specie.

Quid alibi ſpecies?

Forma, apparentia, indiuiduum apud Iuriſconſultos.

Quid hîc?

Vniuerſale, quod immediate ſubijcitur generi, & de quo genus prædicatur in quid eſt.

Vt { candor, viror, ſi cum colore.
conſul, prętor: ſi cum magiſtratu.
candidum, & atrum: ſi cum colorato. } conferantur.

Unde componitur ſpecies?

Ex *genere & differentia*, vel *differentijs*: vt

homo, ex animali, & rationali.

Ideo,

Dicitur { *Definitio, explicita* ſpecies.
Species, implicita definitio.

Quotuplex ſpecies?

Eſt { *Subalterna*, quæ partim genus, partim ſpecies: vt animal, magiſtratus, color.
Vel *Specialiſsima*, quæ nunquam eſt genus: vt homo, equus, candor, elephas.

Dicitur autem infima, vltima, ſingularis, indiuidua.

Quid vltima ſpecies?

Eſt vniuerſale, quod proxime, & in quid prædicatur de indiuiduis, de rebus numero tantum, non definitione differentibus, vt homo, de Petro, Paulo, Socrate.

Qui pro diuerſis numerantur, non ſortiuntur tamen diuerſam definitionem.

Quid ſingulare, & particulare?

Nunc *indiuiduum*, vt Socrates, Bucephalus.

Nunc *vltima ſpecies*: vt homo, lactuca, &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De Differentia.

Quid generatim differentia?

Eſt id, quod diſcrimen facit inter res eiuſdem generis, maxime ſi ſit vniuerſale.

Quotuplex?

Triplex:
- *Communis*, & vulgaris eſt ſeparabile accidens, quod diſcrimen facit: vt currere, ambulare, candidum eſſe.
- *Propria*, eſt inſeparabile accidẽs quod diſcriminat rem vnam à ſe vel alia: vt cicatrix, atror Æthiopis, &c.
- *Propriiſsima* dicitur *eſsentialis*, & ſpecifica, eſtque diſcrimen eſſentiale inter res eiuſdem generis.

Quid differentia eſſentialis?

Dum ſumitur:
- *Abſtractè*, eſt qualitas eſſentialis per quam vna ſpecies ſecernitur ab alia eiuſdem generis, vt paritas, rationalitas, & ratio bipedis.
- *Concretè* & pro tertio vniuerſa-

li, eſt terminus vniuerſalis connotatiuus, qui in *quale*, & *eſſentialiter* prædicatur de vna ſpecie aut de pluribus.
De vna, vt rationale de homine.
De pluribus, vt impar, bipes, &c.

Quæ officia eſſentialis differentiæ?

Genus diuidere, in ſuas ſpecies.
Speciem componere, diſtinguere.

Cuius rei differentia dicitur differentia?

Dicitur { Tum *generis*, quod diuidit in ſpecies.
Tum *Speciei* quam componit. }

par { Tum numeri dicitur differentia.
Tum binarij, quaternarij. }

Alia differentiæ diſtinctio.

Quid differentia?

Eſt { Generaliſſimè, diſcrimē quoduis inter res eiuſdem generis, aut diuerſi, vt ſubſtantia, calor.
Generatim, diſcrimen inter res eiuſdem generis, p. inter hominem & belluam: Petrum & Paulum, Petrum & eundem Petrum.
Stricte, & proprie diſcrimen eſſentiale. }

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De Proprio.

Qui ſunt modi Proprij apud Ariſtotelem?

Proprium Vt
- *Semper* proprium, vt hominis mederi poſſe.
- *Per ſe* proprium, vt hominis ridere poſſe.
- *Aliquando* proprium, vt Socratis in foro ambulare.
- *Ad aliud* proprium, vt hominis beate viuere, n. ſi cum belluis conferatur.

Quot modis dicitur proprium?

Opponitur
- *Vel alieno*, vt cum quis dicitur dare de proprio.
- *Vel communi*, & ſignificat quod non commune.

Tum,

Eſt
- *Eſſentiale* proprium, vt definitio:
- Aut *accidentarium* proprium, quod quadruplex Porphyrio.

- 1 quod *ſoli*, non omni accidit, vt homini mederi, medicinam exercere.

nempe { 2. Quod *omni*, non ſoli, vt homini bipedem eſſe.
3 Quod *ſoli*, & *omni*, non ſemper, vt homini caleſcere.
4. Quod *ſoli, omni*, & *ſemper* accidit, vt homini ridere. i. ridere poſſe. }

Quid Proprium quarto modo, & pro quarto vniuerſali?

Eſt terminus vniuerſalis, adiectiuus, qui de vno genere, aut de vna ſpecie prædicatur *accidentariò*, & in *quale*; ſed *neceſſariò* & *reciprocé*.

vt ſenſitiuum & tactiuum de animali: hinnibile de equo, rugiens de leone.

Qui reciproci, ſeu conuertibiles?

Qui de ſe inuicem, & generatim affirmantur.

Idque,

Prædicantur { Vel in *nominatiuo* caſu, vt proprium, & ſubiectum eius: definitio, & definitum. omne animal eſt ſenſitiuum: omne ſenſitiuum eſt animal.
Vel in *obliquo* caſu, vt correlata, pater eſt filij pater: filius eſt patris filius, &c. }

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De communi Accidente prædicabili.

Quid?

Eſt terminus adiectiuus vniuerſalis, qui nec eſt genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium, vt currere, currens.

Quotuplex?

Diuiſio prior.

Eſt { *Separabile* vt candidum, ſi cum lana conferatur.
Vel *inſeparabile*, vt candidum, ſi cum niue. }

Quidnam inſeparabile?

Illud, quod non poteſt, aut non facile poteſt amitti, quin res pereat.

Poſterior.

Eſt { Vel accidens vt *ſimum*, certa forma in certa materia, p. curuitas in naribus.
Vel accidens vt *curuum*, & ſignificat certam formam, in promiſcua materia. }

Digitized by Google

Ratiocinans cuius generis terminus?

Diſt. {
Si ſignificet τὸ *ratiocinari* eſt accidens, ſeu commune accidens.
Si *facultatem* ratiocinandi, eſt proprium, proprium accidens.
Si *radicem* vtriuſque, eſt differentia eſſentialis.

Monitum.

Conſimiliter iudica de ſentiente, tangente. &c.

Monitum.

Accidentis nomen alibi diſtinguetur.

LIBER III.

DE MATERIA TERMINORUM, & Categorijs.

CAPVT I.

Diuiſiones termini, à materia repetitæ.

ARTICVLVS I.

Enumeratio præcipuarum diuiſionum.

Prima diuiſio.

Terminus { Aut eſt *materialiter* ſumptus vt hîc: mus eſt ſyllaba.
Aut *perſonaliter* pro re, cuius quaſi perſonam gerit. }

Digitized by Google

Tumque,

Eſt { *Singularis*, vt Lutetia, Petrus, Paulus.
Vel *communis*, vt homo, animal.

Communis ſumitur *ſimpliciter*, *diſtributiuè*, *collectiuè*.

Homo eſt ſpecies, ſimpliciter ſumptus, pro gradu ſolo communi.

Homo eſt animal, diſtributiue ſumptus. i. vnuſquiſque homo eſt animal.

Homo eſt innumerabilis, collectiue ſumptus. i. homines ſimul ſumpti innumerabiles.

2.

Eſt { *Primæ impoſitionis* terminus, vt nomina rerum, verarum & fictitiarum.
verarum vt homo, equus, animal, orator.
fictitiarum, vt chimæra, conſulatus, ſeruitus agri.
Vel *ſecundæ impoſitionis*, vt nomina nominum & orationũ, termini proprij artium, ſermocinalium.

vt declinatio, numerus, caſus, &c.
exordium, tropus, figura.
ſubiectio prædicatio, abſtractio, &c.

3

{ *Finitus*, cuius ſignificatio præfiniti ambitus: vt homo, cæcitas, chi-

Digitized by Google

Eſt maera.
Vel *infinitus*, vt non homo, non conſul, non cæcus.

Periphraſticè quod non eſt homo, qui non nouit, qui non amat.

Non homo ſignificat, quiduis, præter hominem, ſiue ſit, ſiue non ſit, p. Deum, chimæram, &c.

Ideo eſt infiniti ambitus.

4

Terminus
- Aut *perfectionem* ſignificat: vt homo videns, audiens, conſul: et appellatur *poſitiuus* terminus, habitus, & categoria, & *affirmatio*: ſed imperfectior.
- Aut *imperfectionem*, & τὸ non habere, vt non videns, non audiens: et dicitur *negatiuus* terminus, & negatio.
- Aut tum *perfectionem*, tum *imperfectionem*, tum habere, tum non habere:

et dicitur *priuatiuus*, vt cæcitas.
vel *quaſi priuatiuus*, vt vacuitas.

Quot modis priuatiuus terminus?

Dicitur
- Grammaticè, vt immortalitas.
- Logicè, vt cæcitas, corruptio.
- Vtroque modo, vt infirmum, inualidum.

Quò reducendi termini priuatiui, & negatiui?

Reducendi ad poſitiuos, quibus opponuntur.

Monitum.

Hæ formulæ *materialiter*, *perſonaliter*, *ſimpliciter*, & conſimiles, non ſunt extra ſcholas vſurpandæ, ſed earum ſenſus. Dialecticus intelligi cupit, & mentem ſuam aperire, non obſcurare.

ARTICVLVS II.

De poſitiuo termino.

Quotuplex poſitiuus terminus?

Monitum.

Conſulendæ diuiſiones intelligibilis, & diuiſiones entis, Metaphyſico in compendio.

Prima diuiſio.

Significat { Aut *eſſe*: vt calor, calidum, calere. Aut *τὸ mutari*, ſiue motum, & mutationem.

Idque { Siue ſit incipere, vt luceſcere. Siue deſinere, vt obteneброſcere.

2.

Eſt { Aut *Theoreticus* terminus: vt ſol, hic ſol.
Aut alicuius artis, & doctrinæ *practicæ*.
Sed in omni arte, & peritia, terminorum genera duo.

Quia,

Sunt { Quidam *proprij artis*, vt trabs, limen,
quibus non vtitur logicus, niſi apud peritos.
Quidam *communes* vt lignum, gypſum,
qui facilius intelliguntur ab omnibus.

3

Eſt { Aut *reale*, aliquid, vt calor, frigus, virtus.
Aut *merum* opus figmentum, & *ens rationis*:
ſiue ſit prima intentio, vt chimæra, ſeruitus agri, &c.
ſiue ſit ſecunda, vt generalitas, prædicatio.
Aut *vtrumque*, vt rex, conſul, homo conſul.

4

Eſt { Aut quid *propriè vnum*, & appellatur *ens per ſe*, vt homo, calor.
Aut dumtaxat *congeries rerum*, &

Digitized by Google

aggregatio, & appellatur *ens per accidens.*

Idque { Siue fiat per extenſionem, vt ſylua, exercitus:
Siue per penetrationem, vt cõgeries rerum, quæ ſeſe penetrant in vno pomo.

ARTICVLVS III.

De realibus terminis, qui ſignificant aliquid vnum.

Quotuplices ſunt?

Diuiſio prima.

Sunt { *Communes* ſubſtantiæ, cum accidente, vt vnitas.
Aut *proprij ſubſtantiæ*, vt homo, marmor.
Aut *proprij accidentis*, vt calor, frigus.

2.

Sunt { *Communes* Deo, cum creatura, vt ſubſtantia, ſpiritus, &c.
Aut proprij *Dei*, vt creare, omnipotentia.
Aut proprij *creaturæ*, vt homo, calor.

Digitized by Google

3. 4. 5.

Sunt { abſoluti / reſpectiui } { momentanei / ſucceſſiui } { totũ vt homo. / pars vt caput }

6.

Sunt { Ens *actu*, & energia, vt calidum.
Ens *poteſtate*, vt calefactibile.
Ens vtroque modo, vt caleſcens. }

7.

Aut de re tota ſingulari poſſunt affirmari vt de Petro, homo, animal, animatum, capitatum, & dicuntur *completi* termini.
Aut non poſſunt, & dicuntur *incompleti*, vt caput, ſanguis, manus, &c.

8.

Sunt { Aut *tranſcendentes*, & ſuperiores categorijs, vt ens, veritas, eſſentia.
Aut *prædicamentales*, & per ſe collocabiles in vna è categorijs. vt homo, calor, calidus.
Aut duntaxat, *reuocabiles*, per modum appendicis ad categoriam vnam, vel plures.
vt caput hominis, generatio hominis, quæ ad hominem, hominiſque categoriam referuntur. }

ARTICVLVS

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Tranſcendentibus terminis.

Quinam tranſcendentes termini?

Illi qui ſuperiores categoriis, ſeu prædicamentis.

Sunt { *Primarij*, vt *ens*, *res*, *aliquid*, *vnum*, *verum*, *bonum*. Vel *ſecundarij*, vt eſſentia, exiſtentia, potentia, & actus.

Cuiuſmodi terminus ens, et conſimiles?

Non cenſentur *ſynonymi* & vniuerſales termini.

Sed tantum analogici, & attributiui.

Quare ens dum complectitur quiduis non eſt terminus vniuerſalis?

Quia { Neque eſt vltima ſpecies, cum ſupra ſe non habeat genus. Neque eſt genus.

Cur non eſt genus?

Quia omne genus habet differentias, per quas diuidatur.

Numerus diuiditur per parem, & imparem, &c.

Digitized by Google

Animal per ſanguineum & exangue, rationale & irrationale. Ens autem nullas habet.

Cur nullas?

Nullum genus eſt de eſſentia, & natura ſuarum differentiarum.

Quod habet differentiam non eſt de natura eius.

Numerus non eſt de natura paritatis, & imparitatis: animal non eſt de natura rationalis, aut rationalitatis.

At qui τὸ ens, eſt de natura & eſſentia omnium differentiarum.

Quia alioquin forent nihil.

Ergo τὸ ens, non habet differentias communes: ideoque non eſt genus.

CAPVT POSTERIVS.

Prædicamenta.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Categorijs, ſiue prædicamentis.

Quid Categoria?

Alibi accuſatio, poſitiuus terminus, affir-

Digitized by Google

matio, prædicatio: hîc prædicamentum.

Quid prædicamentum?

Definitur
- *Communiſsimè* ſeries & ſedes rerum pertinentium ad idem genus. vt categoria animalium, categoria colorum.
- *Propriè* eſt quaſi gens, aut genealogia, & ſedes terminorum ad idem ſummum genus pertinentium.
- *Propriiſsimè*, ſedes vbi ordinantur *genera*, *ſpecies*, & *indiuidua*, *completa*, & *realia*, quæ pertinent ad idem ſummum genus.

Quot prædicamenta?

Xenocrati duo: *ſubſtantia* & *accidens*.

Peripateticis decem: quoniam accidens in nouem partiuntur.

Obiectio.

Quot modis dicitur vnum oppoſitorum, totidem & alterum.

Subſtantia videtur opponi accidenti, vt calor frigori, pater filio: Ergo totidem dicitur modis.

Quare vel vnum eſt genus accidentis, vt

vnum ſubſtantiæ; vel ſunt nouem genera ſubſtantiæ, vt nouem accidentis.

Reſponſio.

D.S. { Quatenus illud eſt ſubſtantia, & hoc accidens. N.
Quatenus illud eſt ſuſceptiuum & ſuſcipiens: iſtud vero ſuſceptibile, & ſuſceptum: C.

Diſt. C { Ratione ſuſceptionis, per quam ſubſtantia ſuſcipit, accidens ſuſcipitur, C.
Ratione naturæ & eſſentiæ vtriuſque. N.

Quid accidens Metaphyſicè?

Eſt { Latè *non eſſentiale.* i. id quod eſt in alio coniunctum, nec eſt de natura eius.
candor marmori, & marmor candori hoc ſignificatu accidit.
Strictè *non ſubſtantiale.* i. illud, quod cum alio coniunctum, nec eſt de natura eius, ſed inhęret ipſi.

Candor marmori hoc ſenſu accidit, non marmor candori.

Quid accidens Logicè, *& in negotio vniuerſalium?*

Latè, eſt quartum, vel quintum prædicabile.

Digitized by Google

Strictè eſt quintum duntaxat.

Id eſt.

Latè, eſt terminus adiectiuus, qui prædicatur in *quale*, non eſſentialiter, vt ſenſibile, &c. *Prædicabile accidens.*

Strictè, eſt terminus adiectiuus, qui prædicatur *in quale*, nec eſſentialiter, nec reciprocè. *Cõmune accidens.*

Efferendum-ne ſubſtantiuè, an adiectiue accidens?

Diſt. { In negotio *vniuerſalium* efferendum adiectiuè. In negotio *rerum*, poteſt efferri vtrouis modo. }

Quid tandem hîc accidens, ſeu prædicamentale accidens, ſeu accidens dum opponitur ſubſtantiæ?

Eſt id quod inhæret alteri, vt candor marmori: ſiue efferatur ſubſtantiuè, ſeu adiectiue, vt candor, candidus.

Art. 2. de Subſtantia.

Prima categoria.

Quid Subſtantia?

Eſt { *Corpus* vel *Spiritus*: vt homo, Angelus, Id quod cohæret *per ſe*. Quod non inhæret alteri rei, more candoris. }

Digitized by Google

Quod non eſt in ſubiecto inhæſionis.

Quæ præcipuæ notæ ſubſtantiæ?

Subſtantia vna, vt ignis, non eſt alteri *contraria* per ſe.

Subſtantia eſt accidentis *ſubiectum*, hoſpitium, adminiculum, vt marmor candoris.

Quotuplex ſubſtantia?

Diuiſio prior.

Eſt { *Singularis*, & dicitur *prima*, vt Petrus, Paulus. Vel *vniuerſalis*, & dicitur *ſecunda*, vt homo. }

Poſterior.

Eſt { Spiritus vt Michaël, Gabriel, &c. Vel corpus vt cœlum, terra, metallum, lapis, &c. }

Art. 3. De Quantitate.

Secunda categoria.

Quid Quantitas?

Eſt id per quod res eſt formaliter extenſa in partes, ac diuiſibilis.

Quæ notæ eius?

Diuiſibilitas, menſurabilitas, æqualitas, inæqualitas.

Digitized by Google

Quotuplex quantitas?

Diuiſio prior.

Eſt { *Permanens* vt linea, ſuperficies, corpus, locus.
Vel *ſucceſsiua*, vt tempus, motus & oratio.

Poſterior.

Eſt { *Continua*, quantitas ea, cuius partes communi vinculo connectuntur.
vt { Temporis partes, momento.
Lineæ, puncto.
Superficie, linea.
Molis, ſuperficie, &c.
Diſcreta, quæ contra habet, vt numerus & oratio: i, multitudo ſyllabarum.

Art. 4. De Qualitate.

Tertia categoria.

Quid qualitas?

Eſt { *Generatim* affectio quęuis (accidens quoduis) aut etiam forma quæuis: vt differentia quæuis, & quoduis accidens,
Propriè, vt hîc *aſſuetudo*, aut *vis naturalis*, aut *affectio ſenſibilis*, aut *figura*.

Quæ ſpecies qualitatis?

Prima eſt *habitus*, & *diſpoſitio*.

Aſſuetudo

Digitized by Google

Vt magnanimitas, iuſtitia, rethorica, &c.

Secunda eſt *potentia* naturalis, & *impotentia* naturalis: vt mens, voluntas, facultas hinniendi, &c.

Tertia eſt *qualitas* patibilis (ſenſibilis,) & *pathos*, ſiue paſſio:

vt ſonus, color, lumen.

Quarta eſt *figura*, & forma, vt figura circularis, figura cubica.

Quæ præcipuæ notæ qualitatis?

1.

Qualitas facit propriè, *ſimiles* & *diſsimiles*.

2.

Aliquando recipit *contrarietatem*, calor frigori contrarius; nigrori candor.

3.

Aliquando recipit *τὸ magis*, & *τὸ minus*. Datur candidius, minus candidum, &c.

4.

Aliquando denominat *omnino* & abſolutè, in h. m. nix eſt candida, ignis eſt calidus.

Aliquando *ſecundum* quid tantum:

Æthiops eſt albus dentibus.

Art. 5. De Relatis.

Quarta categoria.

Quid Relatio?

Eſt habitudo & affectio rei ad rem: vt ſimilitudo, paternitas, dominium, ſeruitus.

Quid relatum, ſiue quid eſt ad aliquid, ſiue quod ad aliquid eſt affectum?

Eſt illud quod eſt *alterius*, tãquam termini: *Ce qui eſt, ce qu'il eſt d'autruy.*

pater eſt pater nec eſt niſi pater.

vt pater eſt pater alterius. n. filij.

Quæ maximè hîc obſeruanda?

Subiectum, id quod refertur, vt Anchiſes.

Terminus, id ad quod refertur, vt Æneas.

Fundamentum, id propter quod refertur, vt τὸ generaſſe Æneam.

Habitudo ſubiecti ad terminum, quæ eſt relatio ipſa, vt paternitas.

Vnde maximè oriuntur relationes?

A quantitate, vt æqualitas, inæqualitas.

A qualitate, vt ſimilitudo, diſſimilitudo.

Ab actione, paſſione, & facultate, vt paternitas, filiatio.

Digitized by Google

Quæ principes notæ?

Correlata *reciprocantur* in obliquo caſu, pater eſt pater filij.
filius eſt filius patris.

Correlata videntur eſſe ſimul per naturam: vt pater, & filius.

Pater eſt quidem prius homo, quam filius ſit homo: Sed non eſt prius pater, quam filius ſit filius.

Art. 6. de Actione & Paſſione.

Quinta categoria.

Quid actio, & τὸ agere?

Id quo res formaliter agit.

Ignis calefacit *formaliter*, per calefactionem, licet *efficaciter* per calorem.

Sexta categoria.

Quid paſſio, ſiue patheſis, & τὸ pati?

Id quo res formaliter patitur, & accipit impreſſionem, vt calefactio.

Quo verbo exprimitur actio?

Exprimitur {
- Sæpe *actiuo*, vt calefacere, inflammare.
- Interdum *paſſiuo*, vt videri, audiri.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De reliquis categorijs.

Quid τὸ Vbi?

Id quo res eſt formaliter in *loco*, vt τὸ eſſe Lutetiæ. *Septima categoria.*

Quid τὸ Quando?

Id quo res eſt formaliter in *tempore*, vt τὸ eſſe hodie. *Octaua categoria.*

Quid Situm eſſe?

Id quo res eſt formaliter *ſita*, vt iacere, &c. *Nona categoria.*

Q*uid Habere?* *Decima categoria.*

Eſt
- Alibi quiduis, quoquo modo poſſidere, vt ſeruum, vxorem, pecuniam, agrum, &c.
- Hîc *poſſidere* aliquid *circompoſitum* corpori, tanquam indumentum, vt arma, vel ornamentum.

vt eſſe penulatum, eſſe loricatum, &c.

Digitized by Google

LIBER IIII.

DE TERMINIS IN oratione poſitis, deque Propoſitione.

CAPVT I.

De terminis in oratione collocatis.

Quotuplex in oratione terminus?

Duplex { *Categorema*, quod magis propriè terminus, vt Deus, ſanctus. Et *ſyncategorema*, quod minus propriè terminus, vt nunc, alibi, prudenter.

Quid afficit in oratione ſyncategorema?

Syncategorema.

Tempus, vt cum dicitur: *diu* ſcribo.
Terminum, vt cum: *omnis* homo currit celeriter.

Digitized by Google

Nexum terminorum. p. in his orationibus.

Homo *verè* eſt animal.

Mundus *Ariſtoteli* æternus.

Homo *neceſſariò* eſt animal.

Quotuplex ſyncategorema?

Eſt { Vel ita ſyncategorema, vt aliquando ſit categorema, velut doctus, peritus.
Apelles fuit pictor *peritus*,
Apelles fuit peritus.
Vel nunquam categorema, tumque variis rebus inſeruire poteſt. }

p.

Interrogationibus, vt vtrum, nonne, an.

Aetiologiis, vt ſiquidem, etenim.

Concluſionibus, vt ergo, igitur.

Similitudinibus, vt quemadmodum, velut.

Diſtributionibus, vt omnis, quidam.

Modificationibus, vt bene, neceſſario.

Reduplicationibus, vt quâ, quatenus.

Diſiunctionibus, vt vel, quamquam.

Conditionibus, vt dummodo, ſimodo.

Excluſionibus, vt ſolus, abſque.

Exceptionibus, vt niſi, præter.

Relationibus, vt qui, quantum, tantum, qualis.

Digitized by Google

τῶ *quando*, vt cras, hodie, heri.
τῶ *vbi*, vt hic, illic, iſtic.
Copulationibus, vt cum, vna, atque.
Oppoſitionibus vt contra, ſed, aduerſus.
Negationibus, vt non, minimè.
Aſſeuerationibus, vt etiam, verè.
Ordinationibus, vt ante, retro.
Terminationibus, vt è, ab, ex.
Continuationibus, vt poſteaquam, &c.

Catego-rema.

Quæ categorematis in oratione affectiones?

Sunt:
- Quædam *communes* ipſi cum ſyncategoremate, vt *ſignificatio*, verificatio, ſuppoſitio, &c.
- Quædam *propriæ* categorematis, vt *prædicatio*, &c.

I*tem.*

Quædam non conueniunt ipſi niſi in oratione, vt ſubiectio, prædicatio, appellatio, &c.
Quædam etiam extra orationem, vt *ſignificatio*, prædicabilitas, ſimplicitas, &c.

I*tem.*

Quædam *communiores*, vt ſignificatio verificatio.
Quædam *ſpecialiores*, vt eſſe argumentum, τὸ concludi, &c.

Quæ principes communioribus?

Sunt *ſignificatio*, verificatio.

Suppoſitio, i. acceptio termini pro ſignificato, quæ eſt *materialis, perſonalis.*

Ampliatio. i. extenſio ſignificationis ad plura tempora:

homo eſt animal, i. homo qui fuit: homo qui eſt: homo qui erit:

Alienatio per quam abducitur terminus ab vno ſignificatu, ad alium. p. per metaphoram.

Reſtrictio ſignificationis quæ variè fit.

Appellatio, vt cum dicitur pictor bonus.

Coniunctio, & *ſeiunctio*.

Non ſemper licet *coniuncta* diuidere: nec ſemper coniungere *diuiſa.*

Non ſi quis eſt bonus poëta: ideo eſt bonus.

Non ſi quis eſt bonus, & poëta; ideo eſt poëta bonus.

Prædicatio. (i. hoc loco) *vera* vnius de altero affirmatio.

Quotuplex hæc prædicatio? *Prædicatio.*

Duplex { Vna eſt in *obliquo* caſu, in hunc modum: ſeruus eſt domini. Altera in *recto* caſu, vt homo eſt animal. }

Digitized by Google

Quotuplex prædicatio in recto caſu?

Quadruplex, pro quadruplici ſenſu.

nempe

- *Cauſalis*, vt Chriſtus eſt noſtra ſalus. i.cauſſa noſtræ ſalutis.
- *Effectualis*, vt noſtra ſalus eſt Chriſtus: i. effectus Chriſti.
- per *concomitantiam* tantum, vt e.g. vnius rei generatio eſt corruptio alterius. i. generatio vnius rei, & corruptio alterius ſunt ſimul.
- *Identica*, *&* *formalis*, quæ præcipuè vbi prædicatum idem eſt, cum ſubiecto.

Quotuplex identica?

Duplex

- *Vna plane identica*, & inutilis, licet vera, vt homo eſt homo: animal eſt animal.
- Altera *identica ſecũdum materiam*, non ſecundum *formam* : ſecundum τὸ *ens*, non ſecundum τὸ eſſe: de qua re alibi, vt homo eſt animal, candidum eſt frigidum.

Idem eſt quod habet candorem, & quod frigus.

Sed τὸ eſſe frigoris, non eſt τὸ eſſe caloris.

CAPVT

CAPVT II.

De propoſitione generatim.

Quotuplex doctrina de propoſitione?

Duplex
- Vna eſt generalis, quæ fere ex ſimplici propoſitione repetenda.
- Altera ſpecialis, & particularis, quæ applicatur ſpeciebus.

Quid propoſitio?

Oratio *affirmans*, aut *negans*, *vera* aut *falſa*.

Quomodo vocatur?

Propoſitio, enunciatio, *interpretatio*, proloquium, ſententia.

Quotuplex propoſitio?

Eſt
- Vna *ſignata*, quæ fit per τὸ *prædicari*, aut τὸ *negari*: in hunc modum. animal prædicatur de homine: cœlum negatur de animali.
- Altera *exercita*, fitque per τὸ *eſſe*, aut τὸ *non eſſe* (aliquidue virtutis eiuſdem) ad hunc modum:

Digitized by Google

Homo eſt animal : animal non eſt cœlum.

Prior autem , ſiue ſignata , comprehendenda eſt ex poſteriori.

Quotuplex exercita propoſitio ?

Prima diuiſio.

Eſt { *Finita* conſtanſue terminis finitis, vt homo eſt animal.
Vel *infinita*, conſtanſue infinitis terminis: vt, non animal, eſt non homo. }

quod non eſt animal, eſt non homo.

2.

Eſt { *Negatiua*, & infinita , vt non animal eſt non homo.
Priuatiua , vt cæcitas eſt priuatio.
Poſitiua, vt viſus eſt ſenſus. }

Monitum.

Mixtiones fere omittuntur in ſcholis.

3. 4. 5.

Propoſitio { Affirmat / Negat } { Vera eſt aut falſa } { præteriti tēporis. vel præſentis. }

6. & præcipua.

{ *Simplex* propoſitio , vbi vnum de vno affirmatur, aut negatur , vt

Digitized by Google

Eſt { homo eſt animal: homo non eſt animal.
accepi litteras quas miſiſti.
Compoſita, coniuncta, coniunctione vna, aliter habet, vt
Petrus & Paulus currunt.
Petrus currit, & loquitur.
Petrus & Paulus ambulant, & loquuntur.

Quotuplex ſimplex?

Eſt { Vna *ſimplex abſoluta*, quæ ſanè vocetur *categorica*, vt
homo eſt: homo eſt animal.
Altera *modalis*, vbi vna eſt ex iſtis particulis, *poſſibiliter*, *contingenter*, *impoſſibiliter*, *neceſſario*, aut quæpiam alia virtutis eiuſdem, quæ afficiat determinetue verbum & connexionem, vt
poſſibiliter homo eſt animal.
fieri poteſt, vt homo ſit animal.

Quot modis conſideratur categorica?

Duobus { *Abſolutè*. i. nulla facta comparatione cum altera.
Comparatè. i. facta comparatione cum altera propoſitione.

Digitized by Google

CAPVT III.

De propoſitione ſimplici, abſoluta.

ARTICVLVS PRIOR.

De ipſa abſolutè conſiderata.

Quid hîc maximè conſideratur?

Materia, forma, qualitas, quantitas, ſenſus, & genera præcipua.

Quæ materia, & quotuplex?

Materia. Materia eſt vterque terminus propoſitionis.

Siue { Nominatiuus *ante* verbum, *ſum, es eſt*, qui vocatur *minor terminus*, ſubiectum & ſuppoſitum.
Et nominatiuus *poſt* illud verbum, qui dicitur *maior terminus*, prædicatum, attributum. }

Porro materia propoſitionis triplex, triplicíſue generis.

Nempe { *Neceſſaria*, vt hic: homo eſt animal: homo non eſt animal.
Impoſſibilis, vt hic: homo eſt lapis: homo non eſt lapis. }

nec *neceſſaria*, nec impoſſibilis, vt homo currit: homo non currit:

Quomodo definitur terminus?

Illud in quod propoſitio diſſoluitur.

Poſt amotionem copulationis, quę ſignificatur per verbum *ſum, es, eſt*, reſtant termini duo.

Quid ſubiectum?

Alicubi eſt materia.

In negotio vniuerſalium, eſt id de quo aliquid vere affirmatur:

Hîc *minor terminus* propoſitionis: vt homo, in ſequenti propoſitione.

homo eſt animal.

Quid prædicare?

Eſt
- Hîc affirmare, vel negare, in recto caſu.
- In negotio vniuerſalium, vere affirmare, &c.
- Aliquando affirmare, in recto caſu, vel in obliquo.

Quæ forma propoſitionis? *Forma.*

Forma propoſitionis eſt *verbum*, quatenus copulat prædicatum cum ſubiecto.

Quotuplex verbum?

Eſt *ſubſtantiuum, adiectiuum, imperſonale*: vt

Digitized by Google

amatur: de qua re in elementis.

Quæ qualitas?

Qualitas.

Pro forma *affirmatio, & negatio.*

Pro materia *veritas*, & *falſitas.*

In *neceſſaria* materia, ſemper affirmandum.

In *impoſsibili*, ſemper negandum.

Vnde æſtimatur quantitas huius propoſitionis?

Quantitas.

Ex ſubiecto, quod ſingulare, vel commune.

Singulare hinc propoſitio ſingularis, vt Petrus eſt.

Commune, hinc
- *Indefinita*, vt homo eſt.
- *Vniuerſalis*, vt omnis homo eſt: nullus homo eſt.
- *Particularis*, vt, quidã homo eſt: quidam homo non eſt.

Quotuplex ſenſus, et qui?

Senſus *compoſitus*, vel *diuiſus*: de qua re in elementis.

Quæ genera præcipua?

Genera præcipua.

A. vniuerſalis affirmatio: vt omnis homo eſt.

E. vniuerſalis negatio: vt nullus homo eſt.

I. particularis affirmatio, vt quidam homo eſt.

O. particularis negatio, vt, quidam homo non eſt.

ARTICVLVS POSTERIOR.

Quot modis propoſitio comparatur cum propoſitione altera? Compa-ratio.

Comparatur cum pertinenti, & cum impertinenti. Item.

Compararur { Cum altera quæ conſtet terminis plane ijſdem, vt in his rudimentis. Aut cum altera, quæ non conſtet planè ijſdem duobus terminis.

Tumq; { Vel *impertinentes* deprehenduntur propoſitiones.i.neq; amicæ, neque inimicæ, vt homo eſt animal, cœlum eſt rotundum. Vel *amicæ* ſeu ita affectæ, vt vna ex altera concludi poſſit, vt, amicus bene-facit: inimicus male-facit, candor diſgregat, atror congregat. Vel *inimicæ*, & oppoſitæ.i. ita affectæ, vt vna euertat alteram, vt amicus benefacit, inimicus benefacit.

Quæ propoſitiones maximè comparantur.

Hæ:
- Primo, quę conſtãt terminis *oppoſitis*, & aduerſarijs: ſiue vterque opponatur, ſiue alter tantum.
- Secundo, quæ conſtant ijſdem duobus terminis: vt hoc loco.

In iſta comparatione quid maximè quæritur?

Conuerſio, oppoſitio, æquipollentia.

Quomodo fit conuerſio?

Conuertitur A in I, E in E, I in I: de qua re in elementis.

A in I, omnis homo eſt animal: ergo aliquod animal eſt homo.

E in E, nulla audacia eſt virtus: ergo nulla virtus eſt audacia.

I in I. quidam Rex fuit figulus: ergo quidam figulus fuit rex.

Quid hîc oppoſitio?

Pugna duarum propoſitionum conſtantium ijſdem duobus terminis, eodemque modo collocatis.


Quæ hic oppoſitionis ratio?

Quatuor ſunt genera oppoſitarum propoſitionum. n.

Digitized by Google

Contrariæ, ſubcontrariæ, ſubalternæ, & contradicentes:

Quæ figura ſequenti repræſententur.



Quid contradictio?

Eiuſdem, de eodem, ſecundum idem, affirmatio, & negatio.

Quomodo hîc habent contradicentes propoſitiones?

Contradicentiũ { Vna vniuerſalis, Altera particularis. } { Vna affirmat, Altera negat.

Eſt { Vna vera, Altera falſa.

Digitized by Google

De Æquipollentia.

Quomodo reducuntur in concordiam oppoſitæ propoſitiones?

Contradicenti præfigenda eſt *negatio.* p. *non*, *nego*, &c. vt efficiatur eiuſdem ſenſus, cum oppoſita.

omnis homo eſt: *non* omnis homo eſt.
Nullus homo eſt: *non* nullus homo eſt.
Quidam homo eſt: *non* quidam homo eſt.
nego quendam hominem eſſe.
falſum eſt, &c.
Quidam homo non eſt: non quidam homo non eſt.

Contrariæ, ſed in medio, non in fronte adiungenda eſt *negatio* in hunc modum.

omnis homo eſt X nullus homo eſt.
omnis homo non eſt X nullus homo non eſt.

Subalterna vtrobique negationem capit, ſeu aduerbium negandi.

omnis homo eſt X *non* omnis homo non eſt.
quidam homo eſt X *non* quidam homo *non* eſt.

Nullus homo non eſt ✕ *non* nullus homo non eſt.

quidã homo non eſt. non quidam homo minimè non eſt.

CAPVT IIII.

De modali ſeu modo affecta propoſitione.

Quæ partes ſimplicis modalis propoſitionis?

Modus, vt poſſibiliter, contingenter, &c.
Dictum, vt homo eſt animal

Quot modi, & qui?

Quatuor ſunt modi, hoc ediſcendi ordine, *poſsibilis*, *contingens*, *impoſsibilis*, *neceſſarius*.

Quo pacto efferuntur modi?

Per aduerbium, per verbum, per nomen.
poſſibiliter homo eſt animal.
fieri poteſt, vt homo ſit animal.
poſſibile eſt, hominem eſſe animal.

Monitum.

Logica ſe accommodat grammaticorum regulis.

Quot quiſque modus facit propoſitiones & ijſdem terminis, eademque ratione diſpoſitis?

Quatuor quæ ſunt A. E. I. V.

A, *affirmatio* modi neceſſario,	*affirmatio* dicti, vt, homo eſt.
E, *affirmatio* modi neceſſario	*negatio* dicti, vt homo non eſt.
I, *negatio* modi non neceſſario	*affirmatio*, dicti, vt homo eſt.
V, *negatio* modi non neceſſario	*negatio* dicti, vt homo non eſt.


Quot hinc exſurgunt propoſitiones?

Sexdecim, 4. poſſibiles, 4. contingentes, 4. impoſſibiles, 4. neceſſariæ.

Quonam pacto in ſcholis declarantur?

Explicantur ope quatuor vocabulorum, quæ ſequuntur, & diſponuntur in hunc modum.

Digitized by Google



Quæ ſignificatio?

Syllabarum { Prima poſſibilẽ modum / Secunda contingentem / Tertia impoſſibilem / Quarta denique neceſſarium } ſignificat.

A, E, I, V, quid ſignificent, declaratum eſt.

Dato exemplum τȣ̃ purpurea?

PVR, non eſt poſſibile, hominem non eſſe.
P V, non contingit, hominem non eſſe.
R E, impoſſibile eſt, hominem non eſſe.
A, neceſſarium eſt, hominem eſſe.

Digitized by Google

Quæ conuerſionis ratio?

Conuertitur:


Purpurea in amabimus, neceſſario homo eſt animal,
ergo poſſibiliter animal eſt homo.

Iliace in iliace, vt ſupra E in E.
impoſſibile eſt hominem eſſe arborem.
ergo impoſſibile eſt arborem eſſe hominem.

Amabimus in amabimus, vt I in I:
fieri poteſt, vt figulus ſit pictor.
Ergo fieri poteſt, vt pictor ſit figulus.

Quæ oppoſitionis ratio?

Eadem quæ explicata eſt ſupra, & innoteſcit ex figura ſupra poſita.



Quæ æquipollentiæ?

Quæ propoſitiones vocabulo eōdem continentur, habent vim eandem, eundem ſenſum:

vt patet ex τῦ purpurea exemplis.

Monitum.

Contingens in rudimentis fere confunditur cum *poßibili*.

Quid neceſſaria propoſitio?

Dicitur:
- Nunc, quæ conſtat modo *neceſſario*.
- Aliquando, quę neceſſario *vera*, vt: homo eſt animal: animal eſt mortale.
- Aliquando, quæ *neceſſario vera* aut *neceſſario falſa*: vt, homo eſt animal: homo non eſt animal: homo eſt arbor.
- Aliquando quæ conſtat *materia neceſſaria*, ſiue vera, ſiue falſa:

vt, homo eſt animal. homo non eſt animal.

CAPVT Vltimum.

De coniunctiua propoſitione.

Quid?

Eſt propoſitio, vbi geminatur ſubiectum, vel prædicatum, vel vtrumque.

Quotuplex?

Prima diuiſio.

Eſt {
Copulatiua, vt ſol lucet, *et* eſt dies.
Diſiunctiua, vt ſol lucet, *Vel* eſt dies.
Conditionalis, vt ſol lucet, *ſi* eſt dies.
Cauſalis, vt ſol lucet, *quia* eſt dies.

2.

Hæc {
Negat, quando particulæ coniunctiuæ præfigitur negatio, in hunc modum:
non *ET* veni, & vidi: falſum eſt me veniſſe, & vidiſſe.
non *vel* veni, vel vidi.
nego me veniſſe, vel vidiſſe: falſum eſt, &c.
non *ſi* veni vidi: non niſi veni vidi.
non *quia* veni, ideo vidi.
Affirmat quoties aliter habet, vt

Veni

veni *et* non vidi, neque veni neque vidi.

Veni *vel* non vidi: veni vel vidi.

Si veni vidi: ſi veni non vidi.

Quia veni vidi: quia veni non vidi.

3

Eſt
- Vna aperte compoſita, vocaturque hypothetica, eius exempla propoſita ſunt.
- Altera occultius compoſita, idque dupliciter.

Nempe
- Aut per *ambiguitatem* quæ eſt *homonymia* vel amphibologia. *Ambigua.*
  - *Homonymia*, vt canis currit.
  - *Amphibolia*, vt e.g.----
  - Quod quis videt, illud ſentit.
- Aut *ſine ambiguitate*, & vocatur *exponibilis*, vt ego *ſolus* loquor. *Exponibilis.*

Exponibili autem, quæ reſpondet propoſitio explicitè compoſita, nuncupatur *exponens*.

ego loquor, & alij non loquuntur.

Quæ exponibiles?

Excluſiua, vt *ſolus* Socrates loquitur.

Exceptiua, vt omnes *præter* Socratem loquuntur.
Comparatiua, vt nix eſt *candidior* gypſo.
Inceptiua, vt luceſcit, incaleſco.
Deſitiua, vt ceſſo ambulare.
Reduplicatiua, vt homo *quatenus* homo, eſt rationalis.

LIBER V.

DE QVATVOR SPECIEbus Logicæ Orationis.

SECTIO PRIOR.

De Definitione, Diuiſione, & Argumentatione categorica, apodictica.

CAPVT I.

De Definitione & Diuiſione.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Definitione.

Quid?

Eſt oratio reciproca, quæ declarat *quid res*

Digitized by Google

ſit, aut quid *vocabulum* ſignificet.

Quotuplex definitio?

Eſt { Vna *vocis*, quæ vocatur definitio *quid nominis*.
Altera *rei*, quæ appellatur definitio *quid rei*. }

Quid vocem definire?

Eſt illius ſenſum pluribus verbis declarare.

Quotuplex definitio rei?

Vna *accurata*, & *eſſentialis*, quæ per antonomaſiam dicitur *definitio*.

Altera *rudis*, & *accidentaria*, quæ dicitur *deſcriptio*.

Quid accuratior definitio?

Incluſiuè. Oratio reciproca, quę rem explicat, per ea omnia, aut plurima, ex quibus conſtat.

Unde componitur?

Metaphyſicè Ex *genere & differentia*, vt homo cum definitur *animal rationale*.

Phyſicè. Ex *materia & forma*, vt cum homo definitur: *corpus* cum animo rationali.

Quid Deſcriptio?

Excluſiuè. Oratio reciproca, quæ rem declarat per *adiacentia*, per aliquid, quod non eſt de eſſentia eius.

Quibus rebus conſtat & abſoluitur deſcriptio?

Diuiſione, vt cum *animal* definitur homo, vel bellua: equus, Bucephalus, vel quid ſimile.

Negatione, aut priuatione, vt cum bellua dicitur *animal irrationale*.

Metaphora, vt quando mens dicitur oculus.

Accidentium coaceruatione, vt quando definiuntur ſtirpes, & res ſingulares. p. Lutetia.

Proprietate, vt quando equus definitur animal hinniendi facultate præditum.

Cauſa aliqua, vt quando logica per finem definitur, ars bene diſſerendi.

Mixtione ſuperiorum.

Quomodo fit?

Per τὸ *dici*, vt cum albor dicitur, id quô res *dicitur* formaliter alba. *Logicè.*

Vel per τὸ *eſſe*, vt quando id quo res *formaliter* alba. *Metaphyſicè.*

ARTICVLVS POSTERIOR.

De Diuiſione.

Quid Diuiſio?

Oratio logica, per quam adæquatè tribui-

tur *Vocabulum* in ſignificatus, aut *totum* in partes.

Quotuplex diuiſio?

Eſt {
- Vna *vocis*, quæ dicitur propriè *diſtinctio*, per quam terminus ambiguus, aut ambigua oratio tribuitur in ſuos ſignificatus.
- Altera *totius rei* in ſuas partes.

Quotuplex diuiſio rei?

Eſt {
- Vna *integri*, in partes *integrantes*, quæ appelllatur propriè *partitio*. vt ſi domus reſoluatur in fundamentũ, parietem, & tectum, &c.
- Altera eſt *vniuerſalis* in partes *ſubiectiuas*, quæ appellatur *diuiſio* per antonomaſiam, & propriè.

Quid propriè diuiditur?

Analogans in *analogata*, vt res in ſubſtantiam, & accidens; ſanitas in ſanitatem animalis, &c.

Genus in *Species*, vt color, in candorem, &c.

Species in *indiuidua*, vt candor in hunc, & illum candorem.

Item.

Subiectum in *accidentia*, vt homo in peritum & imperitum.

Accidens, in *ſubiecta*, vt candidum, in

niuem, &c.

Accidens in *accidentia*, vt cum ex probis, dicuntur eſſe alij periti, alij imperiti.

Quæ leges diuiſionum?

Nihil redundet: nihil deficiat.

Vna pars non contineatur in altera, tanquam pars eiuſdem ordinis.

Ex duabus e. g. ſpeciebus eiuſdem generis, diuiſionem eius facientibus vna, vt triangulus non ſit ſpecies alterius, p. quadrati.

Monitum.

Si diſtincte ſingulas machinalis horologii partes imagineris, omittendo nexum, & compoſitionem, *diuiſio* eſt.

Si cogitando nexum, & compoſitionem, eſt *definitio*.

CAPVT II.

De Argumentatione, & illius ſpeciebus.

ARTICVLVS PRIOR.

De ipſa & ſpecieb⁹ alijs à ſyllogiſmo.

Quid Argumentatio?

Eſt oratio, vbi ex antecedenti, colligitur

ſiue concluditur, & infertur conſequens.

Quotuplex argumentatio?

Eſt { Vel *compoſita*, & conglobata, vt *dilemma, gradatio.*
Vel *ſimplex.* }

Cedo exemplum Gradationis?

Homo eſt animal, animal viuit, viuens eſt mixtum, mixtum eſt elementare, elementare eſt corruptibile.

Ergo à primo ad vltimum, homo eſt corruptibilis.

ἐνθύμημα.

Quotuplex ſimplex argumentatio?

ἐπαγωγή.

Eſt { Vna *ſyllogiſmus*, ad quem reuocatur *enthymema.*
Altera *epagoge*, ſiue inductio, ad quā reducitur *exemplum.* }

Inductio.

Quid Inductio?

Eſt argumentatio vbi ex *multis* ſimilibus infertur *aliud* ſimile:
vel vniuerſum genus, ſiue vniuerſale.

Quotuplex inductio?

Vna *Socratica*, per quam ſimile particulare, concluditur ex ſimilibus particularibus, in h. m.
Qui præeſt equis, non ſibi, ſed equis conſulere debet.

Eſt { Qui præeſt naui, &c. qui bobus, &c. qui ouibus, &c.
Ergo qui præeſt reip. non ſibi, ſed reip. conſulere debet.
Iſti licet ſic veſtiri & huic, & illi ſimilibus meis, cur non & mihi liceat?
Iſte eſt donatus pomo, & hic, & ille, &c.

Altera *communis*, per quam ex particularibus infertur vniuerſale, in hunc modum.

Qui præeſt equis, non ſibi, ſed equis conſulere debet.

Ergo quicumque præeſt alicui rei: & illi, non ſibi conſulere debet.

Quomodo refellitur hæc inductio? ἔνστασι.

Refellitur *enſtaſi* ſiue inſtantia, & exceptione, in hunc modum.

Sic argumentaris, fortitudo, eſt inter vitia duo; itemque temperantia, liberalitas, &c.

Ergo omnis virtus, eſt inter vitia duo.

N. conſequens, quia iuſtitia eſt virtus, neque tamen eſt inter vitia duo.

Quid exemplum? παράδειγμα.

Nunc ſpecimen particulare, quod

profertur pro declaratione rei *totius*, in hunc modum.

Eſt equus eſt vt Bucephalus.

vinum merum eſt, vt hoc quod guſtas.

Nunc inductio inchoata, ſiue argumentatio, vbi ex ſingulari, colligitur aliud ſingulare,

vel vniuerſum genus, in hunc modum:

Ita Philippus Alexandrũ educare debuit,
Ergo ita Henricus Ludouicum.
Ergo ita princeps liberos ſuos.

Quid enthymema?

ἐνθύ- μημα.

Eſt ſyllogiſmus truncatus cui altera ex propoſitionibus antecedentibus deeſt, vt:

Iuſtitia eſt virtus: ergo iuſtitia eſt medium. *Item.*

Iuſtitia eſt medium, ſiquidem iuſtitia eſt virtus.

Sed decet omitti clariorem, credibiliorem.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De Syllogiſmo, ſiue ratiocinatione.

Quid Syllogiſmus?

Eſt argumentatio, vbi ex duabus propoſi-

Digitized by Google

tionibus conceſſis, tertia neceſſario concluditur.

Animal ſentit: homo eſt animal: ergo homo ſentit.

Vnde maximè intelligitur ſyllogiſmus generatim ſumptus?

Ex doctrina de ſimplici ſyllogiſmo.

Monitum.

Inductio videtur eſſe quoddam enthymema, in quo deſideretur maior propoſitio.

Monitum.

Ex detectis rebus, iudicamus de latentibus.

De ſimilibus, ſimile iudicium ferendum *in Socratica* inductione.

Genus vniuerſum, ſiue vniuerſale, non coaleſcit niſi ex ſingularibus.

Operoſiſſimum, & ferè impoſſibile, omnia ſingularia recenſere.

In inductione conficienda, tum qui interrogat, tum qui reſpondet, è memoria ſua, quę ad rem faciunt, depromere debet.

.p.in huncſenſum & modum.

Interrogas: quas virtutes noui, illæ duobus opponuntur vitijs.

Digitized by Google

Reſp. non videris obſeruaſſe *iuſtitiam*, cui non opponitur, niſi vna vitioſitas. n. iniuſtitia.

Quotuplex ſyllogiſmus?

Diuiſio prima.

Syllogiſmus vitioſus eſt aut probus.

Porrò { *Illatiuus* dicitur, qui probæ formæ. *Probatiuus*, qui probæ materiæ.

ἀποδειϰτικὸς διδασκαλικός. φιλοσόφημα. διαλεκτικός.

Probus { Vnus qui *ſcientiam parit*, diciturque *apodicticus*, ſiue demonſtratiuus: didaſcalicus, ſiue doctrinalis, & philoſophema. Alter qui *opinionem*, ad ingenij examen, & acumen; vocaturque *dialecticus*.

2.

Eſt { *Negatiuus*, qui concludit negationem, *vt celarent*. *Affirmatiuus*, qui affirmationem, vt *barbara*.

3.

Eſt { *Philoſophicus*, vt logicus, ethicus, phyſicus. Vel *non* philoſophicus, vt militaris, geometricus, &c.

4.

Conſtat materia neceſſaria, vel impoſſi-

bili, vel contingenti, vel mixta.

5.

Syllogiſmus { *Oſtendit.* i. concludit quæſtionem probandam, in hunc modum.
animal veſcitur: cœlum non veſcitur:
ergo cœlum non eſt animal.
Vel deducit ad *incommodum.* i. ex contradictione probandæ propoſitionis, & ſententiæ, concludit aliquid falſi, & abſurdi, in hunc modum.

animal veſcitur.
cœlum iudicio tuo eſt animal.
ergo cœlū veſcitur, pabuloque eget.
Quod abſurdum eſt dictu.

6. & præcipua.

Eſt *ſimplex* vel *coniunctiuus* ſyllogiſmus, ſiue *hypotheticus.* ὑποθετικός

Quinam hypotheticus?

Qui inchoatur vno ex iſtis modis .n. *non, &, vel, ſi, niſi, vt.* *Copulatiuus.*

Non *et* ſum hic, & ſum Romæ.
Atqui ſum hic, ſum Lutetiæ.
Ergo non ſum Romæ.

Vel ſum hic, vel Romæ. *Diſiunctiuus.*
Non Romæ, ergo hic.

Digitized by Google

Conditio-nalis. *Si* ſum hic, non ſum Romæ.
Atqui ſum hic, ergo non Romæ.

Vel.

Atqui Romæ, ergo non hic.

Poſito *antecedenti*, ponitur *conſequens* in conditionali ſyllogiſmo.

Sublato *conſequenti* tollitur *antecedens*.

Antecedenti præfixa eſt particula conditionalis.

n. *Si*, aut aliquid aliud virtutis eiuſdem.

Quotuplex ſimplex ſyllogiſmus?

Eſt triplex, *categoricus*, *modalis*, *mixtus*.

Modalis componitur ex modalibus propoſitionibus,

vt neceſſe eſt animal mori.
neceſſe eſt hominem eſſe animal.
Ergo neceſſe eſt hominem mori.

Mixtus conſtat ex *modali*, &, *abſoluta* propoſitione, vt

animal moritur, poſſibile eſt hominem eſſe animal.
Ergo poſſibile eſt hominem mori.

Quinam categoricus ſyllogiſmus?

Eſt { Categoricus, aliquando, qui affirmatiuus, vt, *barbara*, *darij*.
Hic, qui vtramque antecedentium

propoſitionum ſimplicem, & abſolutam habet vt,
ſentiens eſt animal.
oſtrea ſunt ſenſitiua: ergo, &c.

Septima diuiſio.

Eſt
- *Expoſitorius* ſyllogiſmus, vbi termini omnes ſunt *ſingulares* vt:
  Sophroniſci filius eſt Socrates.
  Quem intueris ille Sophroniſci filius.
  ergo quem intueris ille eſt Socrates.
- Non *expoſitorius*, qui aliter habet.

CAPVT III.

De Syllogiſmo categorico.

ARTICVLVS I.

De doctrina, & de inuentione.

Quotuplex doctrina de hoc Syllogiſmo?

Prima eſt de *ſtructura* eius, vbi

Triplex { conſideratur *materia*, & *forma*.
Secunda eſt de *inuentione* eius ſiue de argumento inueniendo.
Tertia eſt de *examine*, ſiue de explorando ſyllogiſmo iam compoſito.

Quotuplex doctrina de inueniendo ſyllogiſmo?

Eſt { Vna *communis*, quæ pertinet ad *analyticam* priorem, vbi conſideratur argumentum, *antecedens*, *conſequens*, *repugnans*.
Altera eſt *particularis*, vt apodictica, dialectica, Sophiſtica.

ARTICVLVS II.

De ſtructura.

De conſtruendo Syllogiſmo categorico.

Unde intelligitur ratio contexendi Syllogiſmi categorici?

Ex materiæ & formæ inſpectione.

Quid materia Syllogiſmi?

Materia ſunt tres propoſitiones, & tres termini

termini n. hi remota, illæ proxima.

Quæ remota?

Eſt { *Subiectum*, minorue terminus concluſionis, vt homo. *Prædicatum*, maiorue terminus concluſionis, & quæſtionis, vt animal. *Argumentum*, mediuſue terminus, vt }

ſenſibile eſt animal, homo eſt ſenſibiles,


ergo homo eſt animal.


Quæ proxima materia?

Eſt { *Propoſitio*, ſiue maior propoſitio, vbi argumentum coniungitur cum *maiore* termino concluſionis vt, omne ſenſibile eſt animal. *Sumptio*, ſiue aſſumptio, & minor propoſitio, vt omnis homo eſt ſenſibilis. Et *Concluſio*, quæ quæſtio, ſed probata, vt ergo omnis homo eſt animal. }

Quonam modo exprimitur materia in Scholis?

Exprimitur triangulo in ſequentem modum, vt triangulus tribus digitis ſiniſtræ manus, in trianguli figuram conformatis.





De forma ſyllogiſmi categorici.

Quid ipſa?

Eſt diſpoſitio materiæ, idonea ad concludendum.

Vt forma domus, diſpoſitio materiæ idonea ad habitandum : forma nauis, &c.

Quotuplex?

σχῆμα Duplex *ſchema* ſiue figura, & modus.

Figura eſt diſpoſitio materiæ remotæ, maxime *argumenti.*

Modus eſt diſpoſitio materię proximę, propoſitionum idonea ad concludendum.

Quotuplex figura ſyllogiſmi?

Triplex; *prima*, *ſecunda*, *tertia*.

In *tertia*, argumentum *bis ſubijcitur*, in hunc modum.

Galli ſunt leues, & bellicoſi.
Galli ſunt comes.
Ergo aliqui comes ſunt leues.

In *ſecunda*, bis *prædicatur*, vt hic:

Nullum *animal* eſt *incorruptibile*.
omne *cœlum* eſt *incorruptibile*.
ergo nullum cœlum, eſt animal.

In *prima*, quæ omnium princeps, ſemel *ſubijcitur*, ſemel *prædicatur* argumentum, in hunc modum.

Quidquid *ſentit*, illud animal cenſendum eſt.
Atqui oſtrea ſentiunt: ergo, &c.

Quot ſunt modi, & qui?

Nouemdecim ſunt modi, qui totidem vocabulis ſignificantur in ſcholis.

Qui modi primæ figuræ; principes, & directi?

4. *Barbara, celarent, darij, ferio.*

Qui ſecundarij, indirecti, & parum vſitati.

Hi quinque. *Baralipton,*
Celantes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorum.

Digitized by Google

Qui modi ſecundæ figuræ?

Quatuor. *Ceſare, cameſtres, feſtino, baroco.*

Quinam tertiæ?

Hi ſex. *Darapti, Felaptum, diſamis, datiſi, bocardo, feriſon.*

Quæ ſignificatio ſyllabarum, & vocalium?

Ex ſyllabis { Prima *propoſitionem*, ſiue maiorem. Secunda *ſumptionem*. Tertia *concluſionem*. Reliquæ nihil. }

A, E, I, O, quid ſignificent declaratum eſt.

Quæ figurarum virtus?

Concludit { 1. A, E, I, O. 2. E, O. i. ſolas negationes. 3. I, O. i. ſolas particulares. }

Quæ præcipuæ leges modorum?

Prima. Ex duabus *negationibus*, nihil concluditur. equus non ridet: homo non eſt equus.

Secunda. Ex duabus *particularibus*, nihil cōcluditur. Quidam homo eſt philoſophus. Quidam homo eſt figulus.

Tertia. *Concluſio* ſequitur deteriorem partem antecedentis, ſiue probationis.

Deterior autem *negatio* affirmatione, & particularis vniuerſali.

Digitized by Google

Quæ figurarum leges?

Propoſitio eſto vniuerſalis, in ſecunda figura, & in prima. *Prima.*

n. ſi prima concludit directè.
barbara, celarent, darij, ferio,
ceſare cameſtres, feſtino, baroco.

Sumptio affirmet, in *tertia* figura, & in prima, cum directa. *Secunda*

Nunquam *vtraque* ſit affirmans, in ſecunda; alioquin non concludet, niſi ſuſpicionem, in hunc modum. *Tertia.*

Quod amiſi eſt aliquid candidum, rotundum.

Quod video eſt aliquid candidum, & rotundum.

Fortaſſe igitur, quod video eſt illud quod amiſi.

Elephas ſentit, equus ſentit. ergo &c.

Exempla primæ figuræ?

BAR, omnis exceſſus eſt fugiendus.
BA omnis temeritas eſt *exceſſus*.
RA omnis ergo temeritas eſt fugienda.
CE nullus *exceſſus* eſt generoſus.
LA omnis audacia eſt *exceſſus*.
RENT nulla ergo audacia eſt generoſa.
DA omnes generoſi ſunt amandi.
RI multi hoſtes ſunt *generoſi*.

I ergo multi hoſtes ſunt amandi.

FE nullus adulator eſt fidus.

RI aliquis ſodalium eſt adulator.

O ergo aliquis ſodalium non eſt fidus.

BA omnis exceſſus eſt fugiendus.

RA omnis temeritas eſt exceſſus.

LIP ergo quiddam fugiendum, eſt temeritas.

Exempla ſecundæ figuræ.

CE nulla virtus eſt exitioſa.

SA omnis audacia eſt exitioſa.

RE ergo nulla audacia eſt virtus.

CA quidquid animatum id pabulo eget.

MES nullum cœlum pabulo eget.

TRES ergo nullum cœlum eſt animatum.

Exemplum 3. figuræ.

DA omnis virtus eſt generoſa.

RAP omnis virtus eſt moderatio.

TI ergo aliqua moderatio eſt generoſa.

FE nulla virtus eſt exceſſus.

LAP omnis virtus eſt aliquid optimum.

TON ergo aliquid, quod optimum eſt non eſt exceſſus.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De examinando ſyllogiſmo.

Ad quid examinandus, & explorandus ſyllogiſmus?

Examinandus eſt ad regulas, tum modorum, tum figurarum.

Sed præcipuè, ad principem argumentationis regulam, quæ eſt velut amuſſis conformati ſyllogiſmi.

Quænam hæc regula?

Ex contradictione Concluſionis infertur contradictio Antecedentis, ſi proba eſt ſyllogiſmi forma.

Quinam pręcipuus regulæ vſus?

Si quis ſyllogiſmi bene conformati concedit, tum propoſitionem, tum ſumptionem, & tamen negat concluſionem: negat probam eſſe formam ſyllogiſmi.

Accipe concluſionis *contradictionem*, quā tibi largitur.

(qui negat A largitur O.
qui negat O largitur I.
qui negat E largitur I.

qui negat I largitur E.)

Huic adiunge alteram, ex conceſſis propoſitionibus.

Hinc concludes reliquæ antecedentis contradictionem, id eſt, adiges aduerſarium ad canendam palinodiam.p.in hunc modum.

non omnis temeritas eſt fugienda.
omnis temeritas eſt exceſſus, vt conceſſiſti:
Ergo non omnis exceſſus eſt fugiendus, & tamen omnem exceſſum fugiẽdum eſſe conceſſiſti.

Monitum.

Repete ſyllogiſmum propoſitum in *barbara.*

Scripto potius, quam verbo fac periculum, & examen ſyllogiſmi, dum Logicæ tyrocinium facis.

Quod ſyllogiſmi fundamentum ?

Hoc fieri non poteſt, vt vtraque pars contradictionis, ſit ſimul vera, aut ſimul falſa.

Quod primæ figuræ?

Quod affirmatur de ſuperiori conſequenti, affirmandum eſt de antecedenti. quod negatur de conſequenti, puta, de

animali, id inficiandum eſt de antecedenti. p. de homine.

Quod ſecundæ?

Quod ſequitur ex antecedenti, ſequitur ex conſequenti.

Quod tertiæ?

Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt inter ſe eadem vt quæ ſunt æqualia vni tertio ſunt interſe æqualia.

Quid concluditur ex vero, quid ex falſo?

Concluditur { Ex vero, verum tantum.
Ex falſo, verũ, & falſum. }

Quid ex neceſſario, &c.

Colligitur { Ex *neceſſario* neceſſarium.
Ex *contingenti*, neceſſarium, contingens.
Ex *impoſsibili*, neceſſarium, contingens, impoſſibile. }

ἀποδεικτικὸς συλλογισμός.

CAPVT IIII.

De ſyllogiſmo apodictico.

De quæſtione, ſcientia, & demonſtratione.

Quid Quæſtio?

Diſt.
- Apud analyticos, eſt propoſitio elata per interrogationem, vt eſt-ne res? eſt-ne nec ne homo? quid eſt res? quid eſt homo? eſt-ne ita? eſt-ne talis? quotuplex eſt? cur ita eſt? quare eſt talis?
- Apud dialecticos eſt ea tantum ad quam licet reſpondere, per *etiam*, aut *non*, vt

Eſt ne homo? eſt ne candidus?

Maximè ſi interrogetur vtraq; pars contradictionis.

Aliquando interrogatur altera, in hunc modum.

Nam { non-ne homo eſt animal? non-ne venit?
num venit? num commotus eſt?

Aliquando vtraque, in huncce modum: eſt-ne nec-ne homo animal?

Quid Scientia?

Eſt { Generatim declaratio quæſtionis alicuius, ſeu quiuis aſſenſus mentis, potiſſimum ſi certior, vt Nunc eſt dies: Cæſar eſt vita functus.
Propriè eſt notitia *vniuerſalis certa*, & perſpicua; ſed per aliud, ſiue cum probatione.

Quotuplex ſcientia?

Duplex { *Vna definitiua*, quæ habetur per definitionem.
Altera *demonſtratiua*, quæ per demonſtrationem, ſyllogiſmumue apodicticum.

Quid demonſtratio et apodixis? ἀπόδειξις.

Syllogiſmus qui ſcientiam parit, verſaturque in iis, quæ non poſſunt habere aliter.

Quæ ſunt elementa demonſtrationis?

Sunt *termini*, maximeque *argumentum*, ſiue *propoſitiones*.

Quotuplex illic propoſitio?

Eſt { *Concluſio*, quæ quæſtio eſt, ſed demonſtrata,
et *Antecedens*, quæ appellatur *principium* complexum demonſtrationis.

Quid principium complexum demonſtrationis?

Generatim eſt propoſitio, probatio quæ ſcientiam parit.

Propriè eſt propoſitio generalis *certa*, & *perſpicua*,

citra probationem, demonſtrationemue, vt, omne totum eſt parte maius.

Qui ſunt termini demonſtrationis?

Sunt { *Subiectum* concluſionis, de quo demonſtratur aliquid,
prædicatum, quod eſt pathos,
et *argumentum*, quod eſt ſignum, diciturque medium.

Quomodo terminus de termino prædicatur in demonſtratione?

Aliquando per affirmationem, aliquando per negationem.

Quomodo terminus termino conuenit, deque eo affirmatur in demonſtratione?

Non per aliud, vt cum dicitur, architectus cantat.

Sed per ſe primo, vt cum dicitur, architectu: ædificat.

Aut per partem, vt cum dicitur, artifex ædificat.

Quomodo terminus termino repugnare dicitur?

Pariter per ſe, vel per partem ſaltem: non per aliud tantum.

Quot modis dicitur τὸ per ſe: ſiue ſecundum ſe?

Dicitur per ſe *eſſe*, *ineſſe*, *repugnare*.

Quid per ſe eſt?

Subſtantia, potiſſimum, quæ ſingularis: vt homo, Socrates.

Quid per ſe ineſt?

Ineſt:
- Primo *definiens definito*, vt animal, homini.
- Secundo *definitum definienti* ſubiecto, vt differentia generi, impar numero.
- Tertio, *moriens* iugulato, & omnino idoneus effectus idoneæ cauſſæ: vt ædificans architecto, cantans Muſico.

Quid per ſe repugnat?

Primo *ſummum* genus, ſummo generi: vt

SECTIO POSTERIOR.

DE SYLLOGISMO Piraſtico, Dialectico, Sophiſtico, & de Methodo.

CAPVT I.

De Piraſtico, ſiue tentatiuo Syllogiſmo.

Quid Piraſticus Syllogiſmus?

Eſt Syllogiſmus, qui adhibetur ad faciendum periculum facultatis alienæ, & noſtræ, in reſpondendo, & argumentando ....'.. aut conſtat ex propoſitionibus, quę probantur aduerſario, etiam ſi *alioquin* ſint minus probabiles.

Quiſnam vſus?

Hoc ſyllogiſmo fere in ſcholis vtimur, vbi diſputationes,

Inſtituuntur *piraſticæ* potius, quam *dialecticæ*.

Vtimur etiam, cum *ad hominem* argumentamur, & refellimus errorem, errore.

e. g. { Frater tuus neque eſt Syracuſis, neque in Italia.
credit tamē aliquis eum eſſe Syracuſis, & in Italia.
Aduerſus eum ſic argumentare.

Qui eſt Syracuſis, ille in Sicilia eſt: non in Italia.

frater meus judicio tuo eſt Syracuſis.

Ergo male aſſeueras eum in Italia eſſe.

Qui ſcopus?

Finis { Examen eius, qui reſpondet.
Acumen & eruditio eius, qui interrogat, & contra.
Facultas propugnandi veritatem.
Ipſa veritas, quæ in piraſticis ſermonibus oppugnatur, eo conſilio

lio vt propugnari poſſit.

Quod præcipuum diſcrimen à Dialectico?

Qui propriè dialecticus, tēdit ſerio quaſi recta via ad veritatis inquiſitionem, declarationem per probabilia. 1.

piraſticus ſæpius tendit ad ludicram oppugnationem...... aut ad confirmationem.

Sed per erroneas probationes, vel per veras: ſed quæ quantum licet eludendæ ſint ludicris reſponſionibus ab aduerſario.

2. Dialecticus ſpectatoris, & auditoris potiusquam reſpondentis aſſenſum quærit:...... piraſticus contra.

Accommodatior { Piraſtico recens, Dialectico vetus } Diſputationis ratio, de qua infra.

Daturne reſponſor tentatiuus?

Datur { Vnus, qui animi, diſputationis, & exercitationis gratia falſam tueatur opinionem. Alter qui veram tueatur, aduerſus eum, qui piraſticis vtatur ſyllogiſmis. }

Quotuplex tentatiuus ſyllogiſmus?

Vel adhibetur ad confirmandam veritatem per ea tantum, quæ probantur aduerſario non omnibus, non pluribus, &c. maximè autem ſi ſint falſa.

Vel ad oppugnationem veritatis: ſed ludicram non ſeriam.

Quotuplex de ipſo doctrina?

Triplex
- 1. de inueniendo.
- 2. de diſponendo.
- 3. de loquendo.

ſed ferè intelligenda de dialectico & ſophiſtico ſyllogiſmo.

Præceptorum autem genera quatuor.

Quia
- Quædam ſunt communia piraſtico cum dialectico.
- Quædam propria eius, qui piraſticè interrogat, argumentatur.
- Quædam propria eius, qui piraſticè reſpondet.
- Quędam ſunt communia vtrique, propria piraſtici.

Et in primis illud quod ſequitur.

Qui ſtat contra veritatem, aut probabilitatem debet ſignificare, ſe id facere,

quò ipſe, & alij ad veritatis tuitionem inſtructiores fiant in h. m.

Sentẽtia quidem hæc, mihi videtur ve, ra eiuſdem ſum tecum ſententiæ, &c. nihilominus illuſtrãdæ veritatis gratia, oppugno ſententiam tuam, & ſuſcipio falſitatis patrocinium.

Falſa & erronea mihi videtur hæc aſſertio : animi tamen & exercitationis gratia eam propugno, tu impugna.

Vera hæc propoſitio videtur, tamèn vt videam quomodo ſis paratus ad eã inſtruendam & confirmandam, &c.

Niſi auditores, & tuus aduerſarius ſatis intelligant piraſticam eſſe diſputationem, non dialecticam propriè.

Id autem faciendum optimè, quandò agitur de re magni momenti. p. de rebus pertinentibus ad religionem.

non eſt per imprudentiam prodenda cauſſa veritatis.

cauendum eſt ne corrumpas tuam authoritatem.

Præcepta propria piraſticæ artis maximè pertinent ad elocutionem, de qua in methodicis.

Quotuplex piraſtica diſputatio?

Vel vtrinque piraſtica eſt..... vel tantum

ex altera parte.

In quid degenerat?

ἀγωνι-στικήν. Degenerat in agoniſticam, ſiue in contentioſam, litigioſam, quam oportet deteſtari.

CAPVT II.

De ſtructura ſyllogiſmi dialectici.

Quid oratio dialectica?

Videtur eſſe ſermo Logicus, qui opinionem parit, non ſcientiam.

Non dubium quin ſint definitiones quædam dialecticæ, & vaniores: quin aliquæ diuiſiones, & methodi.

Sed Dialecticus vtitur maximè argumentatione, ſyllogiſmo, inductione.

Quid ſyllogiſmus proprie Dialecticus?

Eſt ratiocinatio, quæ opinionem parit, conſtatque ex probabilibus, aut ex his, quæ oriuntur, & ſunt concluſa ex probabilibus.

Quomodo vocatur Syllogiſmus Dialecticus?

Videtur vocari { generatim *epicherema*. / ſpeciatim { *Epicherema* ſi oſtendit. / *Aporema* ſi deducit ad incommodum. } }

ἐπιχείρημα. ἀπόρημα.

Niſi epicherema dicitur eſſe Syllogiſmus propriè Dialecticus.

vt aporema ſi tentatiuus.

Quæ ars eius & cuiuſmodi?

Methodus, & ars probabiliter in vtramque partem diſſerendi, interrogando & reſpondendo, appellatur *Dialectica*.

Valet { ad exercitationes, & diſputationes in vtramque partem. / ad congreſſus & colloquia. / Ad philoſophiam, & ſcientiam. quia qui idoneus iudex probabilitatis, & veriſimilitudinis, ille ſagaciter odoratur, & facile deprehendit verum. }

Officium { Primarium interrogare, & reſpondere, accommodatè ad probabilitatem.

Secundarium agere ſolum { In vtramque partem. vel in alteram tantum.

Scopus { Primarius philoſophicas, Secundarius alias } tractare quæſtiones.

Item { Primarius agere probabiliter. Secundarius erudire ſe ad agendum accuratius.

Reſpōſio inuenienda, diſponenda, proferenda.

Qui interrogat debet probationem { Inuenire, diſponere apud ſe, et eloqui apud alium.

Præcepta partim propria, partim communia.

Structura, & diſpoſitio ſyllogiſmi dialectici, intelligitur potiſſimum ex partibus.

Quæ partes?

Hîc, vt & alibi, materia, forma.

Nullam figuram, nullum modum } Syllogiſmi, reſpuit dialecticus.

Materia remota eſt, vel proxima.

Digitized by Google

Proxima { Vel eſt conſequens, & quæſtio.
Vel antecedens.

Quæſtio Dialectica quid, & quotuplex?

Dialectica quæſtio eſt quædam Syllogiſtica interrogatio, maximè vtriuſque partis contradictionis.

Quæſtio Syllogiſtica, { quæuis dialectica ſi *facultas* / non quæuis dialectica ſi *voluntas* } conſideretur.

Nulla enim non poteſt agitari dialecticè in vtramque partem.

Si quid tamen nemini probatur, ſi quid aduerſatur ſenſui, ſi quid bonis moribus, non eſt patrocinium eius ſuſcipiendum ex primo Topicorum: n. ſi ſit dialectica diſputatio, non autem ludicra & piraſtica exercitatio.

Dialecticarum quæſtionum, Ariſtoteli tot genera, quot philoſophicarum. I. Topicorum cap. 9. & 11.

Sunt {
Phyſicæ, quæ theoreticæ.
Ethicæ, quæ ad fugiendum vel expetendum pertinent.
Logicæ quæ neutræ ſed inſeruientes alijs.
}

n. quia dialectica, peripatetica primario tendit ad philoſophiam, ſeu inſtituitur propter philoſophiam.

Adde quod alia problemata poſſunt reuocari ad philoſophica.

Quæſtionũ videntur { aliæ principes, & primariæ. / aliæ ſecundariæ, quæ ad illas reuocantur.

Primariȩ quatuor, nam de communi attributo quæruntur quatuor, idque dupliciter.

Quæritur { Sit nec ne accidens? ..... conueniat nec ne? / Sit nec ne genus? ..... conueniat nec ne eſſentialiter? / Sit nec ne propriũ? ...... conueniat nec ne reciproce? / Sit nec ne definitio? ...... conueniat nec ne eſſentialiter, & reciproce?

Principem ad quæſtionem reuocantur, quæ tractantur eodem, quo illa modo, aut fere eodem.

puta { Quæſtio de *eodem*, & diuerſo, ad definitionem quæſtionemue de definitione. / Quæſtio de *differentia*, ad genus. / Et forſan quæſtio de *ſpecie*, ad ge-

nus, vel ad definitionem.

Quid requiritur vt problemata dialecticarite tractare poſſis?

oportet { Calere formas ſyllogiſmorum; Noſſe interrogandi, & reſpondendi modum; Tenere locos, & ſedes argumentorum: } & omnino tenere methodum dialecticam, & quæ pertinent ad facultatem præcipientem.

Item abundare copia { propoſitionum; ſimilitudinũ; diſſimilitudinum; diſtinctionũ } [.n. vt ſit instructa facultas obſequens.]

Quęrenda { *Similitudo* in rebus diſſimilibus. *Differentia*, & *diſſimilitudo* in rebus valde affinibus. }

Vtiliores { Interroganti *ſimilitudines*. Reſpondenti *diſſimilitudines*, & *differentiæ*. }

De ambiguitate indaganda, & tollenda

per diſtinctionem alibi.

1. Propoſitiones ſeligendæ probabiles, maximeque definitiuæ.

Et in memoria diſponendæ per materiam, potius quam per authores.

2. Sumendę quæ contradicunt in probabilibus.

3. Sumendæ { Quæ ſunt *propriæ* ſingularium artium, & diſciplinarum particularium. p. medicæ, militares, &c.
Sed magis quæ *communes*, quę communiſſimæ. }

Dialecticus enim vult intelligi ab omnibus, itaque ferè vtitur communibus.

Vtendum propriis: ſed tantum vbi ferè intelligantur ab omnibus.

Vtendum eſt ex. gr. militaribus quando res eſt cum militibus ſolis.

Vtendum venatoriis apud venatores, &c.

Cauendum ne promiſcuo vſu, vel abuſu potius propriarum propoſitionum, &

4. formularum corrumpatur diſputatio.

Sumantur propoſitiones, quæ ſimiles probabilibus.i.de quibus latum eſt prę-iudicium, quo probari poſſint, ac debeant.

5. Seligantur quæ ſint vniuerſales, & excę-

Digitized by Google

ptionem vix patiantur.

Quæ in alias partiales & particulares diuidi poſſint. 6.

Colligantur ex ſcriptis veterum, & ex dictis ſapientiſſimi cuiuſque. 7.

De antecedenti propoſitione?

Didaſcalica ſeu doctrinalis propoſitio, non interrogat.

Aut vnam tantum interrogat partem contradictionis in h. m.

Nonne homo eſt animal? ..... num animal vllum inſenſibile eſt?

Idque ita vt non det optionem.

Non enim docenda eſt vtraque pars contradictionis.

Dialectica
- Solet interrogare vtramque partem contradictionis.
- Propriè tamen dicitur
  - Problema cùm vtrãque:
  - Propoſitio cum vnam tantum

  interrogat partem.
- Neque eſt vſui niſi detracta interrogationis forma fiat affirmatio, vel negatio.

Omnino Dialectica propoſitio eſt inter-

Digitized by Google

rogatio, aut aſſeueratio, quæ ſit probabilis iudicio, vel ſaltem præiudicio.

Quæ vitia propoſitionis?

ἀκυρολογίαν.

Culpatur { Propter falſitatem. Propter acyrologiam, quod oratio non ſit idonea, ſit obſcura, ſit ambigua. }

Danda eſt opera { Vt probè ſentias. Vt probè loquaris. }

Falſa hic { 1. quæ rem effert aliter atque habet. 2. quæ inutilis ad concludendum, ad occultandum. 3. quæ aliena à diſciplina in qua verſamur. }

Probabile quid, & quotuplex?

Æſtimatur { Veriſimile ex nobis, probabile ex rebus. } vt declarandum.

Veriſimile eſt, quod plerumque fit: aut ſaltem aliquando.

Neceſſaria ſemper eueniunt: vt eclipſes.

Impoſſibilia nunquam euenire poſſunt, vt diameter commenſurabilis.

Quæ poſſibilia, nec tamen neceſſaria, ea duplicis generis.

Quia
- Nunquam eueniunt, nunquam contingunt, vt homo nec natus, nec naſciturus.
- Eueniunt tum
  - Vel *ferè* ſemper contingunt.
  - vel eueniunt *raro.*
  - Vel *æquè* propendent in vtramque partem, vt quod naſcatur mas, aut femella.

De contingenti alibi.

Quod veriſimile illud credibile eſt, poteſt ſuaderi, ac perſuaderi.

Eſt
- *Indifferens* propoſitio, de qua nemo iudicium, nemo præiudicium tulit.
- *Probabilis*, quæ vera æſtimatur
  - Vel iudicio,
  - vel prę-iudicio
  - Momenti alicuius.
- *Improbabilis*, quę falſa iudicata eſt, iudicio vel præiudicio.

Probabile generatim definitur, quod probatur omnib⁹, aut pluribus, aut ſapiẽtibus in quaq; arte, aut vni ſapientiſſimo, aut illi ſaltem cum quo agas.

Probabile
- Piraſticum, quod probatur illi cum quo res eſt tibi.
- Dialecticum, quod probatur

omnibus, aut ſapientibus, aut vni ſapientiſſimo.

Iudicio. Praiudicio.

Probabile { Per ſe, quod probatur omnibus, aut plurimis, &c. / Per aliud, quod per aliud probatur ſeu videtur colligi ex alia probabili propoſitione.

Eſt { Probabile *omnino*, & *ſimpliciter*, quod probatur omnibus, aut plurimis. / Probabile *determinate*, & ſecundum quid, quod paucis, aut vni.

De materia remota.

Argumentum dialecticū eſt inuentum ſimplex, idoneum ad faciendam fidem, & opinionem, per quod probabile.

Terminorum reliquorum dialectici ſyllogiſmi { vnus *maior*. / alter *minor*.

Minor { extra philoſophiā, & ſcientiam eſt, { vel *communis*, / vel *ſingularis*. / at in philoſophia, & in diſciplinis eſt *communis*.

Niſi { aut de Deo loquaris, / aut fiat applicatio, digreſſio ad ſingularia.

Maior { extra artes, & diſciplinas aliquando eſt ſingularis, ſæpius communis. | Intra eas vero eſt communis { ſiue affirmetur. ſiue negetur. }

Cõmunis, qui affirmetur eſt { eſſentialis: accidẽtalis }

dicitur { verè falſo } { rectè peruerſe.

Communis { Accidentarius { nõ reciprocus, vt accidens. aut reciprocus, vt proprium. } | Eſſentialis { nõ reciprocus, vt genus, & differentia. vel reciprocus, vt definitio. } } 1. topicorum cap. 7.

Species { In philoſophia non ſolet prædicari. | Si prædicatur, reuocatur ad genus, vel definitionem, quod attinet topicum ad negotium. }

Ariſtoteli attributa quatuor { *Accidens.* *Proprium.* *Genus.* *Definitio.* } ſed cum appendicibus. 1. top.

Ad *Definitionem* reuocantur quæ propu-

gnantur, & oppugnantur eodem ferè modo quo definitio.

Ad *genus*, quę eodem, quo genus modo, vt differentiæ, potiſſimum illæ, quæ non reciprocantur.

Ex atributis { Accidens non ſemper *ineſt* / Reliqua ſemper *inſunt* }

Denominant { Reliqua omnino. / Accidens nunc omnino, nunc ſecundum quid tantum. }

Conſulendus ſermo analyticus de ſigno.

Quotuplex ſignum faciens fidem?

Eſt { antecedens rem. / vel cum re. / vel poſt rem. } { neceſſarium / probabile tantum } { ſolubile. / inſolubile. }

Eſt { ſimplex / complexũ } { ſingulare, & pertinẽs ad vnum. / commune, & pertinens ad plura. }

tùm

rum { Aliud locus communis & proprius, ſecũdum vnumquodque genus, propoſitio, quę 1. Rethoricorum dicitur *idos*. εἶδος.
Aliud propoſitio communis, omnium ferè generum; quæ dicitur propriè *topos* locus. τόπος.

CAPVT III.

De inueniendo ſyllogiſmo dialectico generatim.

VBI

Communis doctrina de inueniendis argumentis, & ſignis probabilibus.

Quid locus in negotio probationum?

Topos { generatim eſt probatio ipſa, aut ſedes eius.
Hic vocatur { vel à locis, vnde inſidiamur.
vel à locis, vnde res eruuntur.
vel à locis, vbi reconduntur, conſeruantur.

Q

Quotuplex topos, & locus?

Eſt nunc res, quę ſumitur pro ſigno, & probatio, ſeu ſedes eius: nunc oratio de re, quæ vſurpatur pro ſigno, aut de illius ſede.

Eſt { *Singularis*, qui non pertinet, niſi ad rem vnam ſingularem.
vel *proprius* certi alicuius generis; tumque dicitur idos eſſe, aut locus communis Rhetorum.
vel *communiſſimus*, & logicus. { Siue ſit *analyticus*. ſiue *dialecticus*. }

Quid locus communis Rhetorum?

Eſt { Oratio, qua res vniuerſalis aliqua vna non communiſſima tamen explicatur,........vt oratio pro teſte: oratio in teſtem.
Vel res ipſa generalis, non tamen communiſſima, quæ explicatur.

Tum { Latè videtur natura, quæ communis, & tamen propria, vt teſtis, iudex.
Strictè natura communis, quæ frequenter in ſermonem incidat, vt iuſtitia, prælium, regnum, bellum, pax, induciæ, fœdus, &c.

Eſt omnino natura cõmunis, quę vſurpa-

ri poteſt ad probandum.

Sed ita ut probandi vim, & rationem non declaret, non inſtruat.

Hanc { Non declarat iuſtitia, non miles, non iudex, &c.
Declarat cauſa, effectus, genus, ſpecies, antecedens, conſequens, repugnans, &c. }

Quid logicus locus?

propriè { Eſt vis probandi ſimilis in multis communibus locis, argumentis, aut principijs.
Siue terminus Logicus, multa complexus argumenta: aut logica propoſitio multas complexa probationes, cum indicatione quadam virtutis probatiuæ. }

Latè autem Logicus locus, vt complectatur etiam monita localia, eſt vis probandi ſimilis in multis communibus locis, argumentis aut principiis...... vel monitum, quo eorum declaretur vſus.

Quomodo differt locus Logicus à communi loco Rhetorum?

{ Vt ab animali *genus*: accidens à candido.

Differt
- vt cauſſa à ſole, ab Architecto.
- vt effectus à pluuia, à domo, à fructu, &c.
- Vt contrarium à colore, frigore, &c.

Locus
- Logicus logicis verbis explicandus.
- Qui communis Rhetorum nominibus primę impoſitionis & fere propriis diſciplinæ alicuius particularis. p. politicæ, militaris, &c. non communiſſima.

Quotuplex Logicus locus?

Eſt
- *Apodicticus*
- *Dialecticus*

Aut potius,
- Vel dialect⁹ vel apodicticus.
- Vel vtrique communis, vt antecedens, conſequens, repugnans.

Eſt
- Vnus *ſimplex*, qui differentia locorum ſolet appellari.
  - definitur terminus logic⁹ quo vis probandi ſimilis in multis argumentis indicatur.
  - vt antecedens, definitio, cauſſa, effectus.
- Alter compoſitus qui eſt Logicum

decretum, aut præceptum, aut monitum, quo ſimplicis illius loci probatiua virtus declaratur, vel quærenda ſignificatur.

Tum { Vel monitum *eſt topicum* ſiue locale: i. ſententia qua monemur, aut iubemur certa quærere decreta, aut præcepta, quę faciant ad ſyllogiſmum inueniendum.
Vel eſt propoſitio, quæ declarat vim probatiuam ſimplicis logici loci.

Quę { Si eſt generalior eſt quaſi *decretum*, & *dogma*, vt.
definitio definito debet reſpondere, & adæquari.
effectus redolet conditionem cauſſæ.
Si eſt ſpecialior cenſetur præceptum pendens à decreto, vt
cuicumque rei conuenit definitio, conuenit & definitum.
de qua negatur definitio, negatur & definitum.

Quædam collatio locorum.

1. Rhetori quæſtio { *Finita* quę dicitur *hypotheſis.*
Infinita quæ dicitur, *theſis*, & ad communem pertinet locum.

2 Sed { Speciem tradit potius, quam genus. p. regem, quam magiſtratum.
genus ſubalternum potius quam ſummum. }

Etenim Rhetorica non eſt ars vniuerſalis probationum ratione & comparatione.

verum eo nomine cenſetur Dialecticæ propago: ideo propius accedit ad ſingularia.

3. Si quis profeſſus ſe rethoricam facultatem traditurum, nihil tamen diſcipulo tradat præter communes locos. p. ſermonem pro teſte: ſermonem contra teſtem, &c. vt faciebant Sophiſtæ veteres:

Is perinde facit atque ſi profeſſus ſe ſutoriam artem traditurum, nihil diſcipulo tradat præter magnam calceorum copiam.

4. Cōmunium tamen locorum potiſſimum illuſtriorum, & magna paranda copia.

5. Sed itaut non negligat artes & præceptiones.

1. *Communes loci* continentur innumerabiles in vno ſimplici logicorum loco vt ex. gr. color, animal, magiſtratus, & ſexcen-

Digitized by Google

ta alia in genere, in homine nomine *ge-nus.*

Simplex locus logicus eſt veluti ſemen. 2.

Continet virtute { tum communes locos.
tum decretum vnum, vel alterum, vel pauca. }

In decreto vno multa præcepta conti- 3.
nentur & latent.

Præceptum vnum innumerabiles complectitur propoſitiones, & theſes, quæ ſparguntur fere per omnes diſciplinas, vt de quo dicitur definitio hominis, dicitur & homo.

De quo dicitur homo, dicitur & animal.

Monitum, eſt ſententia quæ nos ducit ad hunc, vel illũ ſimplicem locum, proindeque & ad præceptum: Eſto hoc moniti exemplum.

quando hæres, pete ab aduerſario vt rem definiendo explicet.

Cur communes loci ſic appellati?

1. quia verè ſunt quid commune & vniuerſale, licet minus quam loci logici.
2. Quoniam vſu communiſſimi, vulgatiſſimi.

3. Quia vſitati antequam dialectici loci arte methodoque traderentur.

Quænam vſurpatio locorum, probationum, differentiarum, quæ denominatio?

Aristoteli { locus / τόπος } { ferè ſignificat compoſitum locum. / Interdum tamen ſimplicem, vt cum definitio dicitur locus. }

Recentioribus ferè locus { compoſitus dicitur *abſolutè* locus. / ſimplex autem dicitur *differentia* loci. }

Loci autem & argumenta variè denominantur, digeruntur.

Nam { apud Ciceronem argumenta nominantur à fonte & ſede vnde eruuntur, oriuntur. / vt locus à genere, argumentum à genere, &c. / apud Ariſtotelem { tum à rebus vnde petũtur, vt cum dicitur locus à tempore, locus à contrarijs, &c. / tum ab attributo, & } }

prædicato aliquo logi. o & ſelecto, ad cuius probationem & tractationem ad-

hibeantur, aut problemate ſelecto.

Porro { vt citharędi ad erudiendum cantilenas ſeligunt. Ita Ariſtoteles ſelegit quatuor celeberrimos terminos. n.

Accidens, genus, proprium, definitionem.

Et quatuor celeberrima problemata quæ ſupra declarata.

Hinc quatuor locorũ claſſes { loci accidentis. loci generis. loci proprij loci definitionis.

Sic vero dicuntur { non quod petantur ab accidente. Sed quod adhibeantur ad tractandũ accidens, adhiberiue poſſint, &c.

Cumque dicitur locus à genere, locus à proprio, &c.

Tunc locus ſignificat non definitionem, &c. ......, ſed probationem, quę inde petitur.

Quomodo ergo Ariſtoteles digerit locos Dialecticos?

Vetuſtiſſima & maximè familiaris eſt ratio docendi per exempla, in quibus præ-

cepta explicentur.

Vt citharœdi etiam nunc ſeligunt paucas cantilenas, ad quas ſua præcepta reuocare poſſint.

Vtque grammaticæ magiſter, poteſt diſcipulo proponere thema vnum atque alterum, orationem vnam atque alteram, vel plures vbi regulę omnes ſyntaxeos exemplo exprimantur, & per exempli occaſionem explicari ab ipſo poſſint.

Ita Ariſtoteles terminos ſelegit quatuor, celeberrimos, quatuor celeberrima problemata, vt eô reuocaret, ac cõferret vniuerſam locorum dialecticorum doctrinam.

Nihilominus tamen indicat ſimplices locos vnde compoſiti loci depromantur p. definitionem, nomen, conſequens, &c.

Præterea *problema* vnũquodque è quatuor propoſitis celeberrimis

Diuidit in { generale / particulare. } { affirmatiuum / negatiuum.

Præterea problema accidentis diuidit in { abſolutum. / comparatiuum.

Quia { Accidens poteſt conuenire ſecundum *magis & minus.*
aliud quærere vtrum res ſit candida: ...... aliud vtrum ſit magis aut minus candida.
Itaque queri poteſt { Tum vtrum accidens cõueniat.
Tum vtrum conueniat magis & minus.

Sed { Inter accidentia celeberrimum eſt *bonum.*
Ideo priuata cura explicatur ab Ariſtotele loci, quibus deprehendas aliquid eſſe melius, vel minus bonum.

Quæ diſpoſitio locorum Ciceroniana?

Eſt { *Externum* argumentum & educitur ab *authoritate.*
Internum & petitur *à toto, partibus, notatione, coniugatis, genere, forma, ſimilitudine, differentia, contrarijs, adiunctis, antecedentibus, conſequentibus, repugnantibus, cauſis, effectis, comparatione maiorum, minorum, parium.*

Quæ diuiſio Themiſtij?

Extrinſeci, à præiudicio, ſimilibus, maiore, minore, oppoſitione, pro-

Loci { portione, tranſſumptione.
medij à caſibus, coniugatis, diuiſione.
Interni à ſubſtantia, definitione, deſcriptione, nominis interpretatione, conſequentibus, toto, genere, parte, ſpecie, efficientibus, materia, forma, fine, effectibus, corruptionibus, communiter accidentibus. }

Quæ rami & rameorum?

Argumentum eſt artificiale, vel inartificiale, &c.

Quæ quinta diſpoſitio?

Claſſicis. 1. Vel ad *nomen* pertinent loci, & argumenta, & tum offenduntur etymologia, compoſitio vocabuli, & origo: paronymia, homonymia, coniugatio, caſus, polyonymia; commutatio nominis, fictio nominis, & periphraſis.

2. Vel ad *eſſentiam*, & occurrit definitio, ſpecies, genus, & differentia, genus analogum, modus rei, materia, forma, &c.

3. Vel ad *cauſas*. p. ad præcipuam, inſtrumentariam, &c.

4. Vel ad *totum* & partes: vbi compoſitio, enumeratio partium, diuiſio, totum, & partes.

Vel ad *effectus*, vbi ortus & interitus, amiſ- 5.
ſio & admiſſio, actio & opus.

Vel ad *circõſtantias* vbi { antecedentia. / concomitantia. / & ſubſequentia. } 6.

Vel ad *ſubiectum*, & accidens, quod pro- 7.
prium, vel commune.

Vel ad *oppoſitionem*, & repugnantiam. 8.

Vel ad alias *comparationes*, vbi *ſimilia, diſsi-* 9.
milia, maiora, minora, paria, comparatio-
nis gradus.

Vel ad *teſtimonia*, quæ { diuina / huma-na. } { fallacia / veracia }

Quot omnino modis traduntur loci à dialecticis?

Traduntur { vel ad Ariſtotelis imitationem, ſed à paucis ſi excipias Topicorum interpretes. / vel ad Ciceronis æmulationem, vt ab Agricola, Ramo & pleriſque alijs. }

Cicero reducit locos, & argumenta per primariam diuiſionem, ad fontes, & capita vnde oriuntur.

Digitized by Google

Ariſtoteles { *Diuiſione* primaria reducit ad quatuor capita præcipua quæſtionum, & attributorum, ad quæ adhibeantur: n. ad *accidens*, ad *genus*, ad *proprium*, ad *definitionem*. *Subdiuiſione* tamen ad capita ex quibus depromuntur.

Sed ita ut admittatur iterationis aliquid, vt in cantilena.

Qui loci accidentis Ariſtoteli?

Non loci, non argumenta, & ſigna, quæ petuntur ab accidētę: ſed quæ ad problema accidentis adhibeantur.

Ferè autem quæ valent ad euertendum accidens, valent ad euertenda cætera non contra.

Quot ſignorum & argumentorum genera?

Quædam valent ad affirmationem, in hunc modum.

volat, ergo eſt animal.

Quædam ad negandum tantum in hunc modum.

non viuit, ergo non eſt animal.

Quædam ad affirmandum, & negandum in hunc modum.

Senſitiuum { eſt, ergo eſt animal.
non eſt, ergo nō eſt animal. }

Monitum.

De accidente, genere, proprio, & definitione alibi.

CAPVT IIII.

De prima è decem locorum claſſibus.

Etymologia, & origo verbi. ἐτυμολογία.

Sunt { Multa vocabula, quorum origo eſt incerta, & incognita, ad quæ non adhibetur etymologia, notatio. 1.
Quædam conſultò excogitata ad ſignificandam quandam proprietatem. }

In his { Cum transferuntur non valet argumentum à notatione verbi, vt in nomine Petri, *Cephæ*, Platonis, &c. 2.
Valet quando applicatur rei, propter quam excogitata ſunt. }

Cui rei primo *conuenit nomen*, conuenit & 3.

proprietas, ſeu origo vnde emanauit, non tamen contra, vt homo ab humo dicitur, ergo eſt terrenum aliquid.

4. *Notatio* fallacior in *indiuiduis*, quam in *vniuerſalibus*.

5. Quę eſt paulò accuratior notatio, ea eſt *deſcriptionis* inſtar, vt cum philoſophia dicitur ſtudium ſapientiæ, φιλία σοφίας.

6. Non ſi res habet multas notas, & proprietates: ideo nomen ab omnibus habet.

7. Nomina vnius eiuſdemque *rei diuerſa*, vt κατηγορία & *accuſatio*, non ſolent ſimilem obtinere notationem, & originem.

8. Vnumquodque conuenientiſſimè *à fine* ſuo trahit appellationem.

9. Nec ſi commodè transfertur eorum vnum, ideo & alterum.

Author nominis.

Si author verbi ſapiens, ſapienter impoſuit nomen.

παρωνυμία.

De concretione, abſtractione, paronymia.

1. De concretis, abſtractis, & paronymis ſupra.

Generatim

Paronyma { Generatim *adiectiua*, quę ſaltem *ſenſu* adiectiua. / Propriè adiectiua, quæ prædicantur *accidentariò*, vt candidum de niue. 2.

Quicquid paronymè *à forma* denominatur, formam habet. 3.

Non ſi quid non denominatur, [abſolutè] ideo formam non habet. 4.

Coniugata, caſus.

Coniugata ſignificant idem, ſed variè, & cum varia conſignificatione, vt candor, candidus, candidè, &c. 1.

Accipienda coniugata, *ſenſu*, non duntaxat *voce*. 2.

Quot modis dicitur vnum *coniugatorum*, tot & *alterum* dici conſueuit. 3.

Coniugatis eadem per ſe *conueniunt*, & per ſe *repugnant*, ſeruata proportione. 4.

Quędam videtur coniugata, quæ reuera ſunt affinia: ſed non propriè coniugata, vt amor, & amicus. 5.

Quando coniugatorum duplicis generis terminationes inter ſe conferuntur, vt albus cum colorato, &c. 6.

{ Vt ſe habet vnus caſus ad alterum reſpondentem ſibi p. candor ad

Tum { colorem, candidè ad coloratè, albare ad τὸ colorare.
Ita alter ad alterum caſum, cui reſpondet. p. candidum ad coloratum.

Exceptio. Niſi quod { Licet argumentari *affirmatiuè ab abſtracto, ad concretum:* non contra.
ſi candor eſt color, candidum eſt coloratum.
non ſi candidum eſt frigidum: ideo candor eſt frigus.
Non licet argumentari ab abſtracto ad concretum.

n. quoties prædicationes non ſunt eſſentiales.

nam in eſſentialibus licet.

Exceptio. Item niſi quod in moralium virtutum negotijs, non eſt tutum argumentari, à nomine ad aduerbium, &c.

non ſi quis facit fortia, ideo fortiter facit.

non ſi non facit fortiter, ideo non facit fortia.

Monitum Quanquam regula illa communis valet, ſi per ſe vnum inſit, aut repugnet alteri, non per accidens tantum, vt accipiantur quæ ſunt coniugata *ſenſu*, non *voce* tantum.

Digitized by Google

De homonymia, commutatione nominis, fictione, periphraſi, &c. ὁμωνυ-μία.

Cũ non occurrit nomen recurrẽdum eſt	ad periphraſim. 1.
	vel ad fictionem nominis, aut tranſlationem.

Celeberrima periphraſis, quæ declarat vniuerſale per exemplum in h. m. 2. περί-φρασις

Actus vt *ſcientia*, *actus* vt ſcire.

Accidens vt *ſimum*. accidens vt *curuum*.

Durans vt *ludi olympici*.

Conueniens per ſe, vt *moriens iugulato*.

Si res eſt frequentiſſimi vſus, qui nomine caret, fingendum nomen potius quam perenniter periphraſi vtendum. 3.

Non ſi improbas notationem alicuius nominis, ideo reſpuendum illud vt nouum effingatur. 4.

Niſi modicam per inflexionẽ nouum efformari poteſt.

Forma Platoni eſt eſſentia & τὸ eſſe.

Forma Ariſtoteli non eſt integrum eſſe, non ideo tamen non appellat eam vſiam, & τὸ eſſe.

Endelechiæ nomen videtur excogitatum à Platone ad ſignificandam natu- ἐνδελε-χία.

ἐντελε- χία. ram animæ, quam perpetua quadam motione, & motiuitate finiebant veteres: leui inflexione ex endelechia, *entelechian* feciſſe Ariſtotelem credibile.

5. Non ſi popularis locutio emanauit ab erronea opinione : ideo immutatur à philoſopho, à quo dicitur ſol fundere lumen, effectus à cauſa promanare, &c.

6. Quæ ſynonymia grammaticis ea nobis polyonymia.

συνονυ- μία. Quicquid affirmatur aut negatur de vno ſynonymorum terminorum, qui ſenſu grammatico ſynonymi ſint, id etiam affirmatur aut negatur de altero.

7. Nomen *obſcurius* commutandum eſt in *clarius*.

8. Qui non ſatis capit vocabuli ſignificationem, poſtulet ab aduerſario. p. in hunc modum.

Quid hic vocabulo vis ſignificatum?

9. Quando quis vtitur amphibolia, vel homonymiā, nec intelligis, quinam ſignificatus ſit vſurpandus, explica ſi potes varios ſignificatus, & quære, quo vtatur. p. in hunc modum.

ἀμφι- βολία. noui multos qui hoc compellantur nomine. n. &c. de quo eorum loqueris?

Digitized by Google

10. Quando quis vtitur ambiguitate, perpende vtrum ex adiunctis poſſis deprehendere ſignificatum, quem velit vſurpare.

Niſi poteſt, ſignifica aduerſario vocabulum multos obtinere ſignificatus. Si lubeat, recenſe aliquos, potiſſimum celebriores.

11. Id faciendum maximè ſi ambiguitas pertinet ad res ſingulares. p. ad multa oppida, eiuſdem nominis, ad multos δυνάστας, cognomines.

12. Id faciendum non modo quando ipſe ignoras, quo velit vti aduerſarius: verum etiam quando ignorant auditores, licet tu aſſequaris.

Monita hæc magni momenti ad ſermones inſtruendos condiendos.

13. Fuge quã-tum licet { tum ambiguitates. / tum onus & tædium diſtinctionis potiſſimum prolixioris.

CAPVT V.

De ſecunda locorum claſſe.

VBI

Loci ab eſſentialibus.

Varia præcepta & monita.

1. Quæ ſunt de eſſentia rei { conueniunt { *ſemper.* *neceſſario.* *per ſe.* } denominant *omnino*, non *ſecundum quid tantum.* }
2. Eorum, quædam reciproca, quædam non.
3. De quo { negatur ſuperius, negatur inferius. prædicatur inferius, prædicatur ſuperius. }
4. Cui nulla *differentiarum* conuenit, non conuenit *genus.*
5. Quæ differunt *categoria* non ſortiuntur eandem *differentiam.*
6. Habet { Vt genus ad ſpecies, ita ſpecies ad indiuidua.
7. Vt ſpecies ad ſpeciẽ. p.equus,

ad aſinum, ita indiuiduum ad indiuiduum.

8. n. { Si *ſummnm* cum *ſummo* conferatur. p. optimus equus cum optimo aſino.
medium cum *medio*, mediocre cum mediocri.
Infimum cum *infimo*. p. degener equus cum aſino degenere. }

9. Quæ ſunt eiuſdem *ſpeciei*, non differunt *definitione*.

10. *Definitio* & *definitum* reciprocantur, & ſunt idem.

11. *Definitio* debet eſſe clarior *definito*. *Monitum*

De genere, genere analogo, differentia, ſpecie, materia, forma, potentia & actu ..... deque eodem & diuerſo, partim in compendijs & partim ſupra.

1. *Quæ ſunt eadem vni* tertio, ſunt inter ſe eadem.

2. Iiſdẽ { Eadem accidunt
eadem ſubijciuntur
eadem opponuntur
eadem ſunt coniugata. } &c. *De eodem.*

3. *Idem* quatenus idem facit idem, patitur idem ..... eodem interit, oriturque mo-

Digitized by Google

do ...... eaſdem habet cauſas effectrices, eaſdem corrumpentes.

4. Quæ non habent eaſdem differentias, non ſunt idem.

5. Quod maximè excellit in quoque genere eſt vnum.

Itaque quoties gradus ſuperlatiuus dicitur de duobus aut pluribus,

vt cum dicũtur fortiſſimi
- Græcorũ Spartani, Lacedæmonij, Peloponneſiaci.
- Gallorum, Belgæ, Bellouaci, &c.

Tum
- Vel illa ſunt *idem*, vt Spartani & Lacedæmonij.
- Vel ſaltem *vnum* in altero continetur tanquam in ſuperiori.

vt
- Spartani in Peloponeſiacis.
- Bellouaci in Belgis.

6. Quæ diſtinguntur *categoria* vt actio, & paſſio, non ſunt idem *numero*.

differunt numero. i. non ſunt planè idem.

7. Cum duorum vnum *intenditur*, & *remittitur*, alterum non item, ea non ſunt idem.

8. Cum duorum vtrũque *intenditur*, ſed nõ

ſimiliter, ea non ſunt idem, vt candor, & ſimilitudo candoris.

Ea quorum vnum ab altero ſeparatur, vt calefactio à calore, non ſunt planè idem, etiam ſi fortaſſe realiter idem.

1. *Definitio* facilius oppugnatur, quam propugnatur.

2. Propugnatur per locos ab oppoſitis, à partibus, à ſimilibus, à caſibus, à proportione, à comparatione.

3. Nihil oppugnatur facilius, quam definitio, nihil difficilius aſtruitur.

CAPVT VI.

De tertia, quarta, & quinta claſſe.

Loci tertiæ claſſis.

De Cauſſa?

De cauſa.

1. Cauſſæ *concauſſæ* ſunt, & ſeſe in cauſſando adiuuant.

2. Cauſſa effectui conſimilis, ſaltem proportione.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. i.

Quod cauſſa eſt cur alterum ſit tale, &

ipſum probabilius tale eſt, ſaltem per aliquam proportionem.

3. Cauſſam aliam Deus *ſupplere* poteſt, niſi quatenus imperfectionem cauſſatio arguit.

4. Per omnia cauſſarum genera { Licet probare & demonſtrare. Sed non vbique, de qua re ſecundo poſteriorum.

5. Cauſſa { Probat cauſſam, & effectum. Probatur, à cauſſa, & ab affectu.

6. Idem effectus per cauſſas probatur plures: de qua re in analyticis.

7. Cauſſa eadem pertinet ad omnia tempora.

8. Conferenda { Cauſſa { *Generalis* cum effectu generali. *Singularis* cum ſingulari, vt hic architectus, cum hac domo. Cauſſa { *Actu* cum effectu actu. *Poteſtate*, cum effectu poteſtate. Cauſſa *integra*, cauſa *futura*, &c.

9. In cauſis eſſentialiter ſubordinatis,

Digitized by Google

non datur progreſſus in infinitum.

10. In omni cauſarum genere deueniendum eſt ad primam.

Datur { primus finis. / primus author, & primum principium motus. / primum exemplar. / prima materia. / prima forma, & definitio. }

1. *Ex fine* potiſſimum res debet æſtimari.
2. *Meliora*, quæ *meliorem* ad finem referuntur.
3. Finis melior quam medium.
4. Deus & natura agunt propter optimum *finem*.

Opus { in rebus ſpiritalibus fine, effectore, exemplari. / in corporeis præterea materia & forma. }

Quamquã { & ſubiectum / & accidens } etiam in rebus ſpiritalibus.

Materia { *Senſibilis* circumueſtita ſenſibilibus accidentibus, vt corpus noſtrum. / *Intelligibils*: }

tum-que	vel mathematica materia.
	vel genus relatum ad differentiam.
	vel ſubiectum relatum ad affectionem.

Mathematicus non ducitur fine, non vtitur opifice, de qua re alibi.

De toto & partibus.

De quarta claſſe. De toto & partibus.

1. Sublata vnica *parte*, non remanet *totum* integrum.
   cenſetur tamen remanere, niſi notabile quid amotum eſt.
2. Vt totum habeatur, requiritur
   - 1. vt habeantur *omnes partes.*
   - 2. vt ſint aptè *diſpoſitæ.*
3. Formulam argumentationis, *ab enumeratione partium*, & per *diſiunctionem*, exponunt Rhetores.

De effectu.

De quinta claſſe. De effectu.

1. Qualis eſt *effectus* talis cenſetur cauſa.
2. Nullus effectus *ſuperat* cauſam, quatenus ab ipſa pendet.
3. Si quid in effectu vitij, id ab aliqua cauſa.
4. Ex effectis cauſſæ innoteſcunt & contra.

Digitized by Google

5. Rei commendatio petitur { et à cauſis. / et ab effectis.

6. Effectu poſito { vel cauſſa eſt / vel cauſſa fuit. } ſaltem per cauſſationem.

7. Effectus variè pendent à cauſſa.

8. Effectus vel eſt opera, vel opus.

Cuius rei {
Interitus { bonus ea mala / malus ea bona
Ortus { bonus ea bona / malus ea mala
Interitus { melior ea peior / peior ea melior
Ortus { melior ea melior / peior ea peior.
}

Iudicandum eſt { vt de geneſi, ita de conſeruatione & adeptione. / vt de interitu, ita de amiſſione, & carentia. }

CAPVT VII.

De ſexta claſſe.

De reliquis quinque claſſibus.

Loci ſextæ claſſis.

De circonſtantijs?

De circõſtantijs.

Perpende vtrum, quæ proferantur circõſtantiæ ſint veriſimiles, credibiles, & vtrum facto congruant.

De antecedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus.

1. Hic
- *Antecedentia* quæ eueniunt ante rem, maximè ſi ſemper vel plerumque, vt ante bellum inimicitiæ.
- *Conſequentia*, quæ poſt rem ſemper, aut plerumque.
- *Concomitantia*, & adiuncta, quæ ſemper aut plerumque rem comitantur, vt locus, tempus, ſatellitium, &c.

Sed ita ut nec *effectus* neceſſarij, nec idoneę *cauſſæ*, rationem illa tria obtineant.

2. Valent { *Antecedentia* ad negandum, *conſequentia* ad affirmādum *adiuncta* ad vtrumque. } Sed ferè probabiliter tantum.

Naturales *affectus* non modo immutant *corpus*, verum etiam *& animum.*

De qua re vt & de Phyſiognomia alibi.

De accente & ſubiecto.

1. De accidente & de ſubiecto ſæpius. *De ſeptima claſſe.*

2. Accidens non *diuellitur* naturaliter à ſubiecto, ſine interitu ſuo. *De accidente.*

Eſt { proprium, commune } { reciprocum, non reciprocum }

Item { durabile, non durabile } { ſenſibile, non ſenſibile }

Item { ſeparabile, inſeparabile } &c.

De oppoſitione et repugnantia.

1. Diſſentaneorum, ſi vnum conuenit, alterum conuenire nequit. *De octaua claſſe.*

2. Oppoſita totidem dicuntur modis. *De oppoſitione.*

3. Oppoſitorum [quatenus ſunt oppoſita] *conſequentia* ſunt oppoſita. *repugnātia.*

Sic atror [quatenus opponitur candori] congregat viſum.

4. Quãdo proponũtur duo oppoſitorum paria, vt ex. gr. peritus & imperitus, probus, et improbus, quo ſe habeant modo declarandũm alibi.

Si reciprocatur peritus cum probo, imperitus cum improbo, reciprocabitur.

Niſi reciprocetur peritus, cum probo, neque imperitus, cum improbo.

De nona claſſe.

De ſimilibus.

Similia, diſſimilia, maiora, &c.

1. *Smile* iudicium ferendum eſt de rebus *ſimilibus*, quatenus ſunt ſimiles diſſimile de diſſimilibus.

2. Ex tribus terminis analogiæ perſpectis, quartus innoteſcit, vt amo ad amas, ita dono ad donas, &c.

3. Licet immutare geometricam proportionem.

Licet etiam inuertere : de qua re alibi.

4. Cõparatiuus } gradus ſupponit poſitiuum, niſi ſumitur Superlatiuus } impropriè.

Qui doctior, qui doctiſſimus } Qui minus doctus, qui minimè doctus. } ille doctus.

Sed

Sed τὸ *minime* ſæpe ſumitur pro *non*.

Maius, Minus et Par: aliter Ciceroni, aliter Ariſtoteli dicitur. 5.

Ciceroni:
- *Maius*, quod *vere maius*, & difficilius, vt ferre centum pondo, quã ferre quinquaginta. 6.
- *Minus*, quod verè minus, & facilius, vt ferre quinquaginta, quam ferre centum.
- *Par*, quod verè par, æquale, & æque facile, vt ferre quinquaginta, & ferre quinquaginta.

Ariſtoteli:
- Maius quod *magis credibile*, vt ferre quinquaginta, quam centum. 7.
- Minus quod *verè minus*, & facilius, vt facilius eſt ferre quinquaginta quã centum.
- Par quod *æque probabile*, æque credibile, vt ferre centum, & ferre centum.

Argumentamur:
- negando: à maiori Ariſtotelico, à minori Ciceroniano. 8.
  - vt: non poteſt ferre quinquaginta. ergo nec centum.
- affirmando: à maiori Ciceroniano, à minori Ariſtotelico.

vt { maiora tulit.
ergo & hæc feret.

affirmãdo } { tũ à pari Ariſtotelico.
negando } { tum à Ciceroniano.

9. Quod maiori minus, non ideo minori minus.
10. Quod maiori maius, minori maius.
11. Quod minus minori, & minus maiori.
12. Quæ ſunt æqualia vni tertio, ea ſunt inter ſe æqualia.
13. Non ſi quid maius mihi, ideo & tibi, vni ideo & alteri.

De teſtimonijs.

De deci. na claſſe.

Quot modis aſſentimur apprehenſæ propoſitioni?

Nunc propter teſtimonium, & alienam aſſeuerationem.

Nunc quia ipſi ſenſu noſtro citra authoritatis præſidium veram illam eſſe deprehendimus, iudicamus.

Idque { ſiue *intellectu*, propter claritatem axiomatis. p. huius. omne totum eſt parte maius.
ſiue *logo* propter vim ſyllogiſmi, & conditionem humanę rationis quæ nequit ſyllogiſmo aduerſari.

Quomodo vocatur vis teſtimonij?

Poteſt, ſoletque generatim appellari *auctoritas*.

Vnde pendet?

Partim ex eo quod veræ ſint, & claræ iſtæ aſſertiones.

Amicus bonus { non vult fallere.
{ vult τὸ ſcire ſuum communicare.

hominis amans, homo, Angelus, Deus, &c.

Sapiens & peritus, non poteſt falli, & fallere per imprudentiam.

Partim ex eo quod affecti ſumus in hunc modum.

Vt { Poſſimus deprehendere alienã { bonitatem.
{ amicitiam & beneuolentiam.
{ peritiam.

{ cognitione huius generis, mens impellatur ad aſſenſum, & conſenſum, quamuis propoſitio apprehenſa nondum ſit ſenſu noſtro dijudicata.

Omnino partim à nobis, partim à teſte.

In hoc fundamentum authoritatis duplex.

Digitized by Google

Pertinet { vnum ad *vo-luntatē* quòd { nō velit fallere, velit erudire. alterum ad *mentem*, & facultatem, quod falli non poſſit. }

Facit ad hoc *ſcientia, peritiaque* teſtis, ad illud *beneuolentia, amor*, habitus cum cauſis.

Quotuplex authoritas, quæ ſumma?

Eſt { ſumma authoritas cum fundamenta duo illa coniunguntur & excellunt. non ſumma cum diſtrahuntur, ſeparantur, eorum vnum non excellit. }

Dei authoritas eſt maximè ſumma.

Nam { Fallere non vult ſed erudire. quia eſt optimus, amantiſſimuſque noſtri. Falli non poteſt: neque fallere per imprudentiam. }

quia eſt omniſciens nihil ignorans.

Vir noſtri amans, vir bonus & probus { non decipit ſponte ac volens, ſed per imprudentiam fallere poteſt. }

Qui ſciens ac peritus; fallere { per imprudentiam nō poteſt. per calliditatem potest. }

Quæ principes teſtimoniorum regulæ?

Credendum
- perito in arte ſua.
- medico in medicis.
- ſutori in ſutorijs.
- viro bono & probo.
- viro amico & beneuolo.
- magis amanti & perito, bono & perito, bono & amanti, ſaltem beneuolo.
- Maximè autem viro perito, bono & amico, aut ſaltem beneuolo.

Quanquam teſtimonium infirmum eſt ad affirmandum, niſi in teſte cogitatur aliquid peritiæ
- cum beneuolentia.
- vel cum probitate.
- vel cum vtraque.

Argumentum ab effectu authoritatis, non ſolet concludere niſi ſuſpicionem.

Quotuplex teſtimonium?

Eſt
- publicum
- priuatum

- vocale, vt vox paterna
- vel mutum, vt contractus.

Item
- de re quæ nequit
- de re quæ poteſt

aliter cognoſci.

Eſt diuinum, vel angelicum, vel humanum.

Digitized by Google

Angelis creditur tutò, ſi cõſtet eſſe bonos.

Dæmon fallaciſſimus: Si quando dicit verum id facit { vel coactus, vel vt aliâs decipere poſſit.

παρα-δόσεις

Indiuinis teſtimonijs {
Olim oracula, auſpicia, omina, vaticinia, reſponſa Sacerdotum, Pontificum, augurum, coniectorum, libri ſybillini, & conſimilium.
Nunc ſacra volumina, inſtituta, decreta, & paradoſes Chriſtianæ religionis, authoritas Eccleſiæ.
}

In humanis {
vna, authoritas, quæ dicitur *voluntas*.
altera, quæ propriè *authoritas*, & pendet à ſcientia, peritia.
}

De vtraque, Rhetores.

Non immerito mentiri iudicatur, quid turpiſſimum: certè eſt quid humanæ ſocietati maximè noxium, & infenſum, corrumpit vſum locutionis & teſtimonij.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De Syllogiſmo vitioſo.

Quotuplex Syllogiſmus vitioſus?

Vnus eſt fallax: alter non.

Quid fallax ſyllogiſmus?

Eſt ratiocinatio quæ progreditur ex ijs quæ apparent vera, & probabilia, nec tamen ſunt.

Aut oratio, quæ videtur ſyllogiſmus, nec tamen eſt.

Quotuplex fallax ſyllogiſmus?

Mentitur	*Pſeudographus* didaſcalicum.	ſyllogiſmũ.	ψευδόγραφος.
	litigioſus, piraſticum.		
	Sophiſticus Dialecticum		

Præter quæſtum & gloriam, quid pro fine proponitur Sophiſtæ?

1. *reprehenſio.* i. τὸ adigere aduerſarium ad canendam palinodiam.
2. *falſum.* i. adigere ad confeſſionem falſi.

Digitized by Google

3. *incredibile.*
4. *ſolœciſmus.*
5. *negatio*, ſeu tautologia.

Vnde oriuntur fallaciæ aut captiones?

Diuiſio prior.

A forma oriuntur, vel à *materia.*

Poſterior.

A voce oriuntur, hinc loci *vocum.*
Vel à *re*, hinc loci rerum.

Qui ſunt loci vocum?

Primus eſt ab *homonymia*, quæ eſt ſingularum vocum.
Secundus ab *amphibolia* ſeu amphibologia.
Tertius et quartus à *coniunctione*, & diuiſione.
Quintus, ab *accentu* aut alio accidẽte grãmatico, quo variato varietur ſignificatio.
Sextus, à figura vocabuli.

Qui rerum?

Primus ab *accidente*, ab eo, quod conuenit per accidens.
Secundus à *dicto ſecundum* quid, ad dictum ſimpliciter.
Tertius ab ignoratione *reprehenſionis*

contradictionis.

Quartus à *conſequenti*: & *antecedenti*.

Quintus à *poſtulatione*, & interrogatione principij.

Sextus à *non cauſſa* tanquam cauſſa.

In retexenda deductione ad incommodum, cauendum eſt, ne culpetur propoſitio quæ non debet.

Septimus à *multiplici* interrogatione.

CAPVT nonum & Vlt.

De Methodo.

Quid Methodus?

Eſt { Sæpe ordo, quo vtimur in ſermonibus connectendis.
Hic logica oratio iuſtioris magnitudinis, per illum digeſta ordinem.

Quotuplex?

Eſt { Vna *inuentiua*, per quam quaſi itur ad *venationem*, & propoſitiones, definitiones, diuiſiones, & argumentationes primum adinueniuntur.

Altera *diſpoſitiua* inuentorum, quæ quaſi rectà ducit ad *prædam*.

Quibus maximè rebus vtitur inuentiua?

Similitudine, quia ſimilium ſimilis ratio.

Diſſimilitudine quia diſſimilium diſſimilis ratio.

Compoſitione, quia ex toto partes innoteſcunt.

Reſolutione, quia totum ex partibus intelligitur, & omnino effectus ex cauſſis.

Analogia, & proportione, in hunc modũ.
vt amo ad amas ſe habet, &c.
ita dono ad donas, &c.

Teſtimonio, credendum eſt peritis, bonis, & amicis.

Vſurpantne aliquando Peripatetici inuentiuam inter docendum?

Vſurpant, quia diſcipulum volunt erudire ad venationem, & indaginem veritatis.

Quotuplex diſpoſitiua methodus?

Duplex { Vna eſt *Didaſcalica*, ſiue doctrinalis, quæ fere dicitur *naturæ* methodus.
Altera eſt *Dialectica*, topicaque methodus, quæ *prudentiæ* metho-

dus dici conſueuit.

Quotuplex doctrinalis methodus?

Prior diuiſio.

Conſtat perpetua oratione, vt Ethica Ariſtotelis.

vel dialogiſmo, ſed rarius, vt Ciceronis partitiones.

Poſterior.

Eſt
1. per quam tractatur vna *quæſtio*. p. hæc, ſitne iuſtitia medium.
2. per quam vnus terminus ſimpliciter ſumptus vt iuſtitia generatim, corpus naturale ἁπλῶς.
3. vbi vnum *genus*, cum ſuis *principijs*, proprietatibus, & ſpeciebus explicatur:

vt numerus cum ſuis principijs, & propaginibus, corpus naturale, &c.

Atque hæc eſt diſciplina integra, vt tota phyſiologia.

De Dialectica methodo.

Quotuplex?

Vna eſt perpetua: altera Dialogiſtica.

Obiectio.

Verſatur apodicticus in perpetuo ſermone: Dialecticus in dialogiſmo explicando.

Reſponſio.

Diſt. { Quod *vtatur* ſolus, aut ſolo ille perpetuo ſermone: hic dialogiſmo, N.
Quod *delectetur* & maximè vtatur. C. }

Quotuplex perpetua methodus dialectica?

Eſt { Vna per quam vna *quæſtio* tractatur.
idque { In vtramque partem:
vel in alteram tantum. }
Altera per quam vnus *terminus* ſimpliciter ſumptus. p. iuſtitia, magnanimitas. }

Quæ dialogiſmorum logicorum formæ?

Sunt { *Doctrinales*, vt Ciceronis partitiones.
vel *Dialectici*, & tendunt ad opinionem, aut ingenii examen. }

Quotuplex dialogiſmus Dialecticus?

Duplex { Vnus æmulatur *perpetuitatem* orationis, vt tuſculanæ quæſtiones.
Alter breuioribus, & frequen- }

tioribus interrogationibus, reſponſionibusque continetur, & poteſt appellari *Dialectica diſputatio*, & concertatio.

Quotuplex diſputandi ratio Dialectica?

Diuiſio prior.

Duplex
- Vna eſt proprie *Dialectica*, quæ ſerio tendit ad indaginem probabilitatis, & veritatis: vt in concilijs, in conſultationibus medicis, militaribus, ciuilibus, &c.
- Altera *piraſtica*, & tentatiua, quę inſtituitur ad ingenij examen, & acumen, non ad indaginem illius veritatis, de qua diſceptatur.

Nempe cum qui interrogat, oppugnat id quod verum arbitratur.

Aut (ſed rarius) qui reſpondet, tuetur id quod falſum putat.

Sed vterque vt inſtructior fiat ad propugnationem veri, & oppugnationem falſi.

Poſterior.

Vna eſt *recẽs* Dialecticę diſputationis ratio, quæ in ſcholis vſita-

ta, piraſticis accommodatior exercitationibus, commodior reſpondenti, quàm interroganti.

Altera *vetus*, quæ accommodatior ſeriis diſceptationibus, &c.

Quæ recens?

Ea vbi primo proponitur *primus* & princeps ſyllogiſmus. p. hic qui ſequitur priuſquam eius confirmatio.

facilia non egent arte,
ratiocinari eſt facile,
ergo ad ratiocinandum, arte non eſt opus.

Et prius confirmatio primi, & principis p. hæc.

naturale munus eſt facile.
ratiocinari eſt naturale hominis munus.
ergo ratiocinari homini facile eſt.

Quam primæ confirmationis confirmatio. p. hæc.

facile eſt aquilæ volare, equo currere, piſci natare, &c.
ergo naturalia munera ſunt facilia.
et ſic deinceps.

Secundo, qui interrogat, totam argumẽtationem confectam ſimul proponit.
Tertiò, qui reſpondet, primum bona eam repetit, reponitque fide.
Denique diſſoluit: vel concedit.

Quomodo diſſoluit?

1. concedendo S. negando P.
2. concedendo P. nequando S.
3. concedendo P. et S. negando. C. formæ probitatem.
4. Negãdo vtramque propoſitionem antecedentem. p. in h. m.
   Nego totum ſyllogiſmum: tranſeat P. Nego S.
   vel tranſeat S. nego P.
5. Et raro negando *materiam*, tum *formam* ſyllogiſmi.

Quando negatur forma ſyllogiſmi alicuius vitioſi. p. affirmantis, in ſecunda figura, opponendum eſt exemplum ſimile, ſed in quo vitium ſit apertius.

Quæ concedenda & quomodo?

Vera concedenda ſunt. p. in h. m.

Concedo, admitto, fateor.

Id vnum eſt è neceſſariis decretis, &c.

Falſa etiam & *dubia* concedenda aliquando. n. quando non euertunt ſententiam noſtram.

Sed his ſimilibuſue formulis concedenda, *eſto, tranſeat.*

Res quidem non ita habet: ſed quãuis haberet, non aſtrueret ſententiã tũam.

Quæ vetus diſputandi ratio?

Ea cuius ſpecimen & exemplum in dialogis Platonis.

Et ea, de qua præcipit Ariſtoteles 8 Topic.

Nempe.

Ea vbi antecedentes propoſitiones ſigillatim interrogantur, & reſpõſione excipiuntur. p. in h. m.

Num facilia egent arte? R. Neutiquam.

Nonne ratiocinari eſt facile? R. eſt, vel non eſt. Ergo &c.

Et prius interrogatur confirmatio *primarij* & principis ſyllogiſmi, quã ipſe ille. p. hæc naturalia munera nonne facilia? ratiocinari nonne eſt naturale munus?

Priuſquam

Priuſquam confirmatio primæ confirmanis ſi deſideretur, quam hæc ipſa.

Et ſic deinceps donec occurrat aliquid quod concedatur.

Hîc autem ei qui interrogat vtendum eſt *occultatione*. i. cauendum eſt ne aduerſarius deprehendat *quid* velis oppugnare, & *quâ*.

Inuertitur quæ in ſcholis vſitata diſputationis ratio.

Dum probationes interrogantur vſurpari ſolet duplex genus propoſitionis, n. neceſſariæ, & aſſumptæ.

Quæ neceſſariæ?

Neceſſariꝫ ſunt quæ confirmant primum, principemque ſyllogiſmum.

Qui primus mente conformatur.

primus proponeretur, ſi piraſticè ageretur, & recenti via.

vltimus proponitur in antiqua diſputandi ratione.

Quæ aſſumptæ?

Sunt aliæ à neceſſarijs, quæ tamen ad eas faciunt.

Digitized by Google

Aſſumptarum quot genera?

Valent
- Quædam ad *confirmandum* primum ſyllogiſmum neceſſariam-ue propoſitionem.
- Quędam ad *amplificationem*, & ornatum, vt quæ exempla proferuntur.
- Quædam ad *perſpicuitatem*, & illuſtrationem interrogationum. vt quæ ſimilitudines, & diſſimilitudines.
- Quædam ad *occultandum*.

Digitized by Google

COMPENDIVM MORALE,

LIBELLO VNO comprehenſum.

MONITVM LOGICVM.

Pro præfatiuncula.

Scientiæ de moribus, vt & practicæ cuiuſuis alterius, duæ ſunt partes.

Nempe { *Dogmatica*, quæ fere ſola traditur in ſcholis. Et *parænetica*, quæ monitoria, præceptiua.

Parænetica proponit bene viuendi regulas, preſertimque communiores.

Dogmatica complectitur decreta neceſſaria, ad intelligendas regulas.

Declarat exempli gratia quid beati-

Digitized by Google

tas, quid virtus, quid libertas, & quotuplex, quid fortitudo, &c.

CAPVT I.

De vltimo fine rerum humanarum ſiue de practica beatitate.

ARTICVLVS I.

De Beatitate noſtra generatim.

Quid beatitas humana?

Eſt ſumma hominis perfectio, quatenus vtitur *mente & voluntate*, ſeu quatenus eſt *rationalis*.

Quarum eſt noſtrarum facultatum?

Primario eſt tantum *mentis*, *& appetitus*.

Secundario aliarum etiam facultatum, quæ illis ſubſeruire poſſunt, p. viſus, auditus, &c.

Quo nomine?

Non quatenus ex æquo ſibi conſulunt, optime officium faciunt.

Sed quatenus optime inſeruiunt *menti, voluntati*.

In quo exempli gratia oculi & viſus beatitudo?

Eſt { Non in eo quod perſpicaciſſime cernas.
Sed in eo quod bene vtaris viſione ad *ſapientiam*, *&* *probitatem*. }

Quotuplex in nobis beatitudo?

Duplex { Vna *ſecundum quid* beatitudo, vt cum quis dicitur fœlix gubernator, medicus, viator &c.
Altera *abſoluta* beatitudo, & omnino beatitudo cum dicimur beati ſine additamento, aut beati *viri*, beati homines. }

Abſolutæ huius beatitatis, quæ appellationes?

Dicitur *ſummum bonum* hominis, quatenus eſt homo.

Summa *abſolutio*, extremuſque *finis* rerum humanarum.

Bene agere, bene viuere, bene viuere & lætari.

Eudæmonia, fœlicitas, beatitudo.

Quæ circa ipſam occupantur artes, ac virtutes?

Præcellentiſſimæ artium, quæ ad huma-

Digitized by Google

nos vſus referantur.

p. { Politica & moralis diſciplina cum ethicis virtutibus.
Logica, cum virtutibus dianoëticis.

Quotuplex abſoluta beatitudo?

Diuiſio prior.

Vna tendit in Deum: altera non.

Diuiſio poſterior.

Eſt { Vna *futuræ vitæ* beatitudo, quę pertinet ad religionem, theologiam.
Altera *præſentis & caducæ*, eaque duplex.

Quæ?

Eſt { Prior *vitæ huius*, quatenus eſt via ad *æternam*, aut via ad bonum ſupernaturale:
et hæc etiam commendatur Theologiæ & religioni.
Poſterior *vitæ huius*, quatenus eſt ſibi, quatenus eſt capax *naturalis* cuiuſdam beatitatis.

Quæ beatitudo pertinet ad philoſophiam.

ARTICVLVS II.

De naturali hominis in hac vita beatitate.

Quid ipſa?

Eſt diu & benè, quantum licet per naturę vires, vti *mente ac voluntate*: degere in ſtatu, qui ſit rationi congruentiſſimus, ac ſufficiens.

Conſentiuntne omnes de hac fœlicitate?

De notis quibuſdam eius conſentiunt omnes de quibus in ſentẽtia Peripatetica.

De reipſa non omnes conſentiunt.

Quid ita?

Quia omnes putant ex. gr. eam eſſe aliquid pulcherrimum, iucundiſſimum & *ſufficiens.*

Sed quęritur quidnam ſit pulcherrimum, &c.

Vnde maximè repetitur diuiſio ſententiarum?

Ex præcipuis vitæ generibus, quæ ſunt quatuor.

N. *quæſtuoſum, voluptuarium, politicum, philoſophicum.*

Quid quæſtuoſis placet?

Opulentia illis pro beatitate, & vltimo fine

ſed { Opes ſunt inſtrumenta.
Nullũ inſtrumẽtum eſt vltimus finis

Quid voluptuarijs hominibus?

* *Voluptas*, indolentia, pulchritudo, ſanitas, & robur.

Sed voluptas eſt condimentum, &c.

Quid politicis, & elegantibus viris?

Honos, magiſtrat⁹, nobilitas, militaris virt⁹.

ſed { Honos eſt in honorante, non in honorato.
Fœlicitas debet eſſe in eo, qui dicitur fœlix.

Nonne philoſophi ſaltem conſentiunt inter ſe de fœlicitate?

Conſentiunt aliquo nomine vniuerſi.

Quia { Aiunt *improbitatem* ſufficere ad infœlicitatem.
Negant ſine *virtute* parabilem eſſe beatitatem,

Diſſentiunt tamen multis nominibus.

1. Quia { Quidam *æquant* / Quidam *præponunt* / Quidam *poſtponunt* } Virtutem fœlicitati.

2. Quia { Quidam *verecundiam* amant.
Alij repudiant, vt cynici.

Digitized by Google

3. Quia
- Quidam contendunt ad *regendam remp.*
- Quidam regimen eius *auerſantur.*

4. Quia
- Quibuſdam *otium* placet.
- Alijs *negotioſa* vita videtur potior.

5. Quia
- Quatuor ſunt ſententiarum philoſophicarum capita de vltimo fine rerum humanarum.

Nempe
- *Indolentia*, qua pauciores abutuntur, quam voluptate.
- *Voluptas*, quæ placuit Epicuro, &c.
- *Vtraq;.* i. indolentia cū voluptate.
- *Primigenia naturæ.* i. origines ipſæ naturales indolentiæ & voluptatis.

P. *contemplatio*, virtutis vſus.

Quæ Platonica ſententia?

Beatitudo
- Futuræ vitæ conſiſtit in *intelligentia idearum & rerum incorruptibilium.*
- Præſentis in recta *opinatione*, quæ circa *idos*, quam ſubſequatur honeſta actio.

Quæ Stoica?

Probitas, & ſapientia ſufficiunt ad fœlicitatem, etiam ſummam.

Digitized by Google

Quæ pyrrhonia?

Indolentia philoſopho aſtruenda, quantũ licet, quoniam eſt *ſcopus* philoſophiæ.

Ad illam opus *apathia*, vacuitate affectus.
i. *tollendi* ſunt *interni* affectus.
externi *minuendi* quantum licet.

Vt *id fiat*, tollenda omnino *comprehenſio*, & tollenda *opinio* quantum licet.
quia hinc affectus.

Ideo *opinio de phantaſia determinata* retinenda eſt, ad regimen vitæ.
Reliqui *aſſenſus* cohibendi.
& ἐποχὴ inſtruenda quantum licet.

ἐποχή. *Suſpenſio mentis ad aſſenſum præbendũ* κριτήριον.

Epoche aſtruitur à Pyrrhonio.

Quia { Neque res per ſe ſunt dijudicabiles.
Neque *criterium* iudicatorium idoneum habemus ad dijudicationem.

Porro non habemus, quia nec *ſenſui* fidendum, nec *rationi*.

Etenim,

Quando non habentur niſi duo teſtes, iudices, indices.

Si diſſentit vterque à ſeipſo, & vterque ab altero, neutri videtur fidendum eſſe.

Atqui non habemus niſi duos. n. *ſenſum & intellectum*.

Digitized by Google

diſſentit autem vterque à ſeipſo, & vterque ab altero:

Ergo neutri eſt fidendum.

Inhibendus eſt quantum licet aſſenſus, & aſtruenda epoche.

De peripatetica fœlicitate.

Quid fœlicitas Peripateticis?

Eſt bene, & diu viuere vitam humanam, actus animi, non corporis virtute vtentis in vita vndique perfecta.

Quis illius opifex?

Si quid dij largiuntur hominibus, largiũtur fœlicitatem 1. Eth.

Largiuntur autem aliquid 10. eth. ergo largiuntur fœlicitatem.

Fœlicitas nihilominus *ſapientia ac probitate* comparatur.

vt vtraque hæc *natura, doctrina, exercitatione.*

Quæ requirit bonorum genera?

Bona animi, bona *corporis*, & *externa*:

Sed quo quis *animo* melius habet, eo minus eget bonis corporis, & fortunæ.

Quæ notæ, conditiones fœlicitatis?

Eſt quid perfectiſſimum & vltimum.

Digitized by Google

Pulcherrimum, iucundiſſimum, & optimum.

Eſt honorabilis quia propter ſe, non laudabilis.

Eſt animi non corporis perfectio.

Eſt ſufficiens, extenditur ad nos, & ad noſtros, quia ſumus ciuile animal.

Difficulter paratur, difficulter amittitur.

Quæ partes?

Contemplatio, quæ à ſapientia prodit:
Actio volũtaria & honeſta, quę à probitate.

Qui gradus?

Eſt { *Perfecta* beatitudo, quæ cum aduerſa fortuna.
Perfectiſſima quæ cum ſecunda.

Ad Perfectam ſufficit virtus, non ad perfectiſſimam Peripateticis.

ARTICVLVS III.

De Chriſtiana beatitate quæ in Deum tendit.

Quid hæc?

Eſt ſumma hominis perfectio, quatenus

Digitized by Google

propter Deum vtitur *mente et voluntate*, Deumque pro obiecto habet.

In quo poſita?

In *vſu* præſtantiſſimo *facultatum* præcellentiſſimarum, circa *obiectum* præcellentiſſimum.

Quot ergo illic?

Facultas quæ mens, & appetitus.

Vſus eius: vt euitatio mali, cõſecutio boni, contemplari & agere.

Obiectum, vt veriſſimum, optimum,

Seu { *Finis cuius*, cui, bonum *ſubiectiuum.*
Finis quo, *bonum formale.*
Finis propter quem, *bonum obiectiuum, vt Deus.* }

Vnde præſtantia facultatis?

A bono illius habitu, ſiue à virtute.

Quia { Vel *mentis* vt ſapientia, fides, lumen gloriæ.
vel *appetitus*, vt probitas, ſanctitas. }

Quotuplex beatitudo Chriſtiana?

Eſt præſentis vitæ, vel futuræ.

Quid præſentis beatitudo?

Actus animi vtentis fide per charitatem animata, fœlix qui gratus Deo.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De beatitudine à morte.

Quotuplex à morte beatitudo?

Diuiſio prior.

Vna *ante*, altera *poſt* reſurrectionem.

Poſterior.

Eſt { Vna *naturalis* vbi damnum ſine cruciatu proiis qui obierunt ante vſum rationis, & purgationem primigeniæ labis.
Altera *ſupernaturalis* quæ duplex.

nempe { *Perfectior* quæ eorum, qui fruuntur aſpectu Dei.
Imperfectior, quæ illorum, qui purgantur ſuntque *fœlices*, non autem *beatiſſimi*.

Quid beatitudo perfecta poſt reſurrectionem?

Status omnium bonorum humanorum aggregatione perfectus.

Quæ partes eius?

Eſt { Vna *corporis*, vbi impaſſibilitas, claritas, agilitas, ſubtilitas.
Altera *animi* quæ eſt clarè *videre* Deum, & *frui* Deo.

Etenim,

Præcellentiſſimus *vſus*, præcellentiſſimarum *facultatum*, circa *obiectum* præcellentiſſimum, eſt beatitudo.

Mens & *voluntas* ſunt præcellentiſſimæ facultates.

clare *intueri* & *frui*, præcellentiſſimus vſus.

Deus qui veriſſimus & optimus, eſt obiectum præcellentiſſimum, ergo, &c.

CAPVT II.

De facultatibus humanis, ſiue moralibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De officio animantium.

Quotuplex officium animantis?

Eſt { Vnum quod naſcitur ab impulſu cognitionis: vt pabulum indagare, nidificare, educare prolem, &c.
Alterum quod non, vt coquere cibum. }

Quid belluam impellit ad officium prioris generis?

Stoicis phantaſia potius, quam appetitus.
Senſus propriæ conſtitutionis potius, quam dolor & voluptas.

Peripateticis phantaſia & appetitus, phantaſia per imaginem.
Appetitus per affectus, maximè autem per dolorem & voluptatem.

Quid ſenſus propriæ conſtitutionis?

Habitus & inſtinctus naturalis, per quem animal ſibi conciliatur, ſui curam gerit, nouit officium ſuum, & impellitur ad illud: etiam citra doloris & voluptatis operam.
hûc pertinet illud Ciceronis.
Principio omni generi animantium: 1. *offici.*

Quid hominem apud Stoicos, ad officium impellit?

Impellit { *Inſipientem* imaginatio cùm affectibus, puta, dolore, timore, &c. / *Sapientem* recta ratio.

Quid apud Peripateticos?

Mens practica, ſiue opinatrix, *voluntas &* appetitus ſenſibilis.

Vltimuſne

Vltimuſne illis proponitur finis?

Si aliquis proponitur ſcopus & finis, & *vltimus* proponitur, ne regrediamur in infinitum.

Quid pro vltimo fine?

Id quod ſui gratia expetitur, & cuius cauſa cætera expetuntur.

vt { ſanitas in arte medica:
victoria cum pace in militari:
beatitas in negotio philoſophico.

ARTICVLVS II.

De facultate humana generatim, deque imperio, & ſeruitute.

Quid ethica facultas?

Eſt potentia naturalis homini indita, ad degendam liberam & honeſtam vitam.

Quotuplex?

Diuiſio prima.

Duplex { Vna eſt *ordinaria*, & quaſi omniũ communis, quæ non dicitur propriè habitus naturalis, vt mẽtis *mediocre lumen*.
Altera paucorum *propria*, quæ

Digitized by Google

vocatur *naturalis habitus*.

Ea { Si deficit, vocatur *naturale vitium* vt ignauia naturalis, imprudentia naturalis.
Si excellit, *naturalis virtus* dicitur, vt naturalis fortitudo Alexandri, Hectoris.

Secunda diuiſio.

Opus { *Mente*, vt *ſcias bene agere*.
Voluntate, vt *velis* tum ſcire, tum bene agere.
Vi executrice, vt *poßis* bene agere.

Tertia diuiſio.

Eſt { *Rationalis*, vt mens.
Vel *irrationalis*, vt viſus, auditus.

Appetitus hominis eſtne rationalis?

D. { Si rationale interpreteris, quod ratione vtitur & ratiocinatur, non eſt rationalis.
Si quod ratiocinatur, vel ſaltem rationi parere poteſt, eſt rationalis.

Quid paret rationi?

Mens, voluntas, appetitus ſenſitiuus, & vis motiua.

Quarta diuiſio.

Eſt { Vna *domina* vt mens, voluntas.
Altera *miniſtra* & ſubſeruiens vt appetitus ſenſitiuus.

Digitized by Google

De imperio & ſeruitute.

Quid imperium?

Nunc ipſum τὸ *imperare.*
Nunc facultas per quam vnum alterum *ducit* cognoſcendo, aut *cogit.*

Cuius eſt imperare?

Eſt *præſtantioris*, p. ſapientioris. vt obſequi & obedire deterioris. p. imprudentioris.

Quot modis imperamus?

Imperamus { *Ductu & indicatione*, vt *dux* itineris, vt *mens* dum prælucet, præitque voluntati. *Applicatione*; & coactione, vt cum *voluntas* imperat pedi.

Quotuplex ſeruitus?

Prima diuiſio.

Eſt { Rei *inſenſibilis*, vt cum inferior ager dicitur ſuperiori ſubſeruire. Vel *ſenſibilis*, vt iumenti, hominis.

Secunda diuiſio

Eſt { Rei *rationalis*, vt hominis; Angeli. vel *Irrationalis*: vt iumenti, agri.

Digitized by Google

Tertia diuiſio.

Eſt { *Voluntaria,* vel *inuoluntaria.* (∴)

Quarta diuiſio.

Eſt { *Naturalis,* vt cum liberi ſeruiunt parentibus.
Vel *poſitiua* & arbitraria, ſiue pendens ab inſtitutione.

Vt cum tibi ſeruit qui tuo ære eſt emptus.

Quintus.

Vel ſeruitus & imperium pertinent ad ſuppoſita duo.
vt cum filius ſubſeruit patri.
Vel ad vnum atque idem ſuppoſitum:
vt cum manus ſubſeruit menti.

Jmperatne mens voluntati, an contra?

Imperat { *Voluntas* menti, ſed *applicatione* tantum & quadam coactione non prælucendo.
Mens voluntati imperat, partim *ductu,* partim *coactione.*

Ductu quia præit, oſtenditque viam.
Coactione quia ſæpe rapit cogitque voluntatem: de qua re poſtea.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De Morali mente.

Quid mens Moralis ?

Naturale lumen practicæ mentis, quo regitur appetitus.

Practica mens quatenus dux appetitus.

Quotuplex mens Moralis ?

triplex
- 1. eſt *Mediocris*, & ordinaria quæ vulgo dicitur (*le ſens commun.*
- 2. *obtuſior quæ* dicitur *imprudentia* naturalis.
- 3. *ſagacitas*, quæ dicitur *prudentia* naturalis, aſtutia naturalis.

n.
- *Prudentia* ſi bene vtaris.
- *Aſtutia*, ſi abutaris.

Quotuplex officium moralis mentis?

Duplex
- Vnum eſt circa *finem*, quem mẽs debet voluntati *præſtituere.*
- Alterum circa *media* de quibus conſultandum eſt vt electio fiat à voluntate.

Digitized by Google

Quid τὸ conſultare, quomodo habet?

Eſſentia. *Conſultare* eſt *media* inter ſe *librare*, vt eligatur quod *vtilius* & magis *neceſſarium* ad præſtitutum finem.

Partes. *Partes* conſultationis *quæſitio* indagoue & *concluſio*, ſiue ſententia.

Conſultamus reſoluendo.

Quod *primum eſt* in conſultatione vt ſanitas, domus, &c.

Id *vltimum* in executione.

Materia. *Obiectum* conſultationis eſt *medium poſſibile, neceſſarium, contingens & frequens.*

Quotuplex in Morali mente ignoratio?

Prima diuiſio.

Eſt { *Iuris*, vt neſciebam prohibitum eſſe.
{ *Facti*, non putabam eſſe hominem ſed feram.

2.

Eſt { *Voluntaria*, & non excuſat.
{ Vel *inuoluntaria*, & excuſat.

3.

Vincibilis, vel *inuincibilis*.

4.

Eſt { *Antecedens* vt ſi ſciuiſſem, non feciſſem.
Conſequens vt nec ſciui, nec volui ſcire.
Concomitans ignoratio: vt e.gr. non ſciebam, ſi tamen ſciuiſſem, feciſſem. }

Quæ ſunt virtutes mentis moralis?

Syndæreſis. i. intellectus principiorum moralium.

Ethica cum iuriſprudentia & prudentia.

etenim,

Intellectu, ſcientia, & opinione opus,

Quid Syndæreſis?

Eſt habilitas, aut vis naturalis, vel acquiſita comprehendendi, & dijudicandi *principia* moralia, quæ nos *angit* cum ſcientes deflectimus ab illis.

Cur angit atque vrit?

Quia quod inflectitur contra naturalem propenſionem, niſi eſt valde deprauatũ, dolet aut quaſi dolet, vt brachium, arbor.

Per quid vrit?

Per illud quod dicitur *conſcientia*.

Digitized by Google

Quid Conſcientia?

Eſt { Aliquando ipſa Syndæreſis. / Nunc applicatio *moralis* regulæ per Syndæreſim. }

Quid iuriſprudentia?

Habilitas quædam & ars politica, ſed fere deſtituta demõſtrationibus, per quam comprehenduntur, & rectè dijudicantur politicæ leges.

Quid Ethica ſcientia, quid prudentia?

De Ethica in compendio primo.
De prudentia infra.

ARTICVLVS IIII.

De lege morali, & appetitu.

Quid lex moralis?

Lex moralis in moralibus negotiis dicitur dupliciter.

Nempe { Propriè eſt propoſitio quæ indicat quomodo ſit viuendum. vt honeſte viuendum eſt. / Minus propriè eſt pronitas appetitus noſtri ad viuendum. }

Digitized by Google

Quæ duplex { Vna *lex animi* dicitur, eſtque inclinatio *voluntatis* quæ diuinior appetitus.
Altera *lex membrorum* dicitur, eſtque ſenſitiui appetitus inclinatio.

Quotuplex in homine appetitus?

Duplex { Vnus *improprie* dictus, vt quando oculus dicitur videndi appetens.
Alter *proprie dictus*, qui duplex.

Nempe { *Elicitus*, qui ipſa appetitio, ipſum τὸ appetere.
Innatus, qui facultas appetendi, aut proſequendi bonum cognitum, & auerſandi malum.

Innatus quotuplex?

Eſt { Vnus *rationalis* qui dicitur *voluntas*: hic verſatur circa bonum & malum intellectu comprehenſum. circa finem tanquam finem: medium tanquam medium. Indeque humanę praxes & actiones. πράξεις.
Alter eſt *ſenſitiuus* & *belluinus*, hic ſenſui appendet, vt voluntas menti .p. occupatur circa ſenſibile bonum & malũ,

aſperum aut iucundum.
Eſt origo affectuum, ſiue paſſionum, vt metus, &c.

Cur dicitur belluinus?

Quia communis eſt homini cum belluis.

Nonne belluæ nouerunt finem et medium?

Bellua nouit rem, quę eſt ipſius finis, ſcopus, ad quem contendit.
canis ex.g. nouit leporē, pabulū equ⁹ &c.
Conſimiliter nouit rem, qua vtitur tanquam medio ad finem: canis ex. gr. nouit ſuum curſum.
Sed bellua non nouit illud eſſe finem, vt neque hoc eſſe medium.

Quomodo ergo incitatur?

Impellitur tantum præſenti ſuauitate, aut aſperitate.
Sed hæc altioris conſiderationis.

Quotuplex ſenſitiuus appetitus?

itur { Vnus *concupiſcibilis*, quia origo cupiditatū, cui proponitur *sēſibile bonum* cum malo, nō habita ratione *difficultatis* & facilitatis.
Alter dicitur *iraſcibilis*, quia hinc

i,

Atque huic proponitur *ſenſibile*, *bonum* ac malum, ſed *difficile* tantum.

ARTICVLVS V.

De Voluntate.

Quid voluntas?

Aliquando τὸ velle, ſiue volitio.

Nunc facultas volendi, & nolendi.

Appetitus nobis innatus, qui appendet menti, qui eſt ſedes libertatis, & origo voluntarii, verſatur circa bonum intellectu comprehenſum.

De Libertate.

Quid libertas?

Eſt vis naturalis, per quam poſitis omnibus quæ alioquin requiruntur ad agendum, poſſumus tamen agere & non agere.

Qui liber quo ſe habet modo?

Eo quo haberet lapis penſilis in aere, ſi vt deſcendere poteſt, ita etiam poſſet attollere ſe, aut ſuſtinere.

Digitized by Google

Quotuplex libertas?

Dicitur { Vna *contradictionis libertas*, vt volendi & non volendi: deſcendendi & non deſcendendi.
Altera dicitur libertas *contrarietatis*,
vt volendi & nolendi, ſperandi deſperandi:
quaſi deſcendendi & aſcendendi.

Quid voluntarium?

Voluntarium dicitur actiuè, vt miles voluntarius: & paſſiuè, vt voluntaria militia, deambulatio.

Sed vnus ſignificatus intelligitur ex altero.

Quid voluntarium paſſiuè?

Eſt { Generatim quod appetitur per voluntatem,
Speciatim & propriè illud tantum quod naſcitur *à volitione* per quam concupiſcitur.
vt voluntaria locutio, deambulatio, &c.

Quid inuoluntarium paſſiuè?

Eſt { Generatim id quod non volumus, vt quod fit nobis dormientibus.
Propriè id quod *nolumus*, voluntate

auerſamur, & fit renitenti animo.

Tum quotuplex?

Eſt { *Secundum quid* inuoluntarium: vt quod fit à nobis *per metum* & affectus ſimiles. p. dolorem, deſperationem.
Vel *abſolutè* & omnino *inuoluntarium.*

Idque { Siue naſcatur *à vi maiore* & coactione: vt cum quis pulſus alium inuitus pellit.
Siue ab *ignoratione* excuſabili: vt cum Cephalus vxorem vulnerat. *Ouid. 7. Metam.*

Nonne libido facit inuoluntarium?

Neutiquam, quia volitio rem auget.

Cur ergo dicitur minuere culpam?

Quia minuit libertatis vſum.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De facultate Morali executrice.

Quid facultas executrix apud nos?

Eſt { Interdum obſequens *facultas* ethica, n. *appetitus* cum ijs viribus quæ appetitui parent.
Interdum ſola *motiua* & impulſiua virtus:

Per quam procurantur locales motus, qui imperantur ab appetitu, cuiuſmodi ſunt progredi, mouere caput, &c.

Quotuplex humana actio?

Duplex
- *Interior* vna ad quam ſufficit *Mens* cum appetitu: vt contemnere pecuniam, amico bene velle.
- *Exterior* altera ad quam requiritur vis illa *impulſiua*. vt largiri pecuniam, dimicare, &c.

Ea vis impulſiua quid mouet?

Partim *nos*. p. dum mouetur lingua & manus.

Partim *res externas* vt gladium, pecuniam, &c.

CAPVT III.

De materia humanarum facultatum, functionum, & virtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

De materia facultatum & functionum moralium.

Quæ hic ſubiecta materia?

Quod ſubiectum inhæſionis? **Materia in qua.**

Functiones ſaltem interiores pro ſede habent *facultatem* vnde oriuntur.
Conſultatio eſt in mente, electio in voluntate, vt viſio in viſu.
Facultates ipſæ, ſunt in anima & in homine.
Mens ex. gr. in cerebro eſt.
Iraſcens appetitus in corde, &c.

Quid obijcitur tum functioni, tum facultati? **Materia circa quā.**

Id quod homini libertate vtenti appetibile, aut auerſabile, bonum, aut malum.

Quotuplex bonum humanum apud Peripateticos?

Prima diuiſio.

Eſt vtile, vel iucundum, vel honeſtum.

Secunda diuiſio.

Propter ſe, propter aliud: propter ſe, & propter aliud.

Tertia diuiſio.

Eſt { *Animi*, vt ſapientia, probitas, nobilitas ex virtute.
Corporis, vt generoſitas naturalis, robur, pulchritudo.
Externum, vt gloria, amici, opes, nobilitas ciuilis. }

Quarta diuiſio

Eſt { *Belluinum bonum*, quod homini commune eſt cum belluis.
Humanum, quod hominis proprium, vt fortiter facere.
Diuinum, quod commune eſt homini cum Angelis, vt ſapere. }

ARTICVLVS II.

De ſubiecto virtutum & vitiorum.

Quotuplex moralis virtus?

Vna eſt *Corporis*, vt aſſuetudo modeſte incedendi, ſalutandi.

Altera

Altera *animi* quæ meliori iure dicitur *moralis* virtus.

Ubi reſidet corporis virtus?

In ea facultate quæ *motiua* & impulſiua dicitur, vt & vitioſitas corporis.

Quæ ſedes vitiorum animi?

Eadem, quæ virtutum animi.

Vbi ſitæ virtutes animi?

Prima opinio:

In *mente*, quæuis virtus, opinione Socratis. Quia Socrati virtus eſt ſcientia. *Socratis opinio.*

Eſt { Fortitudo, ſcientia fortiter faciendi.
Liberalitas, ſcientia & ars vtendi pecuniis. }

Refutatur, quia virtus cõtinetur *affectu* potius quam *ſcientia*.

Dicitur { *Mendax* non qui *ſcit* mentiri, ſed qui *vult*.
Verax non qui *ſcit* verum dicere, ſed qui *vult*. }

Secunda opinio.

Prudentia eſt in regina *mente*. *Scoti opinio.*

Reliquæ virtutes morales, ſunt in *voluntate* domina.

vt iuſtitia, temperantia, fortitudo.

Belluinus appetitus, non habet *virtutem*

Digitized by Google

(cuius eſt imperare:)

Sed tantum *habilitatem* quandam obtemperandi: vt virtus ſit in *equite*; non in equo.

Tertia opinio.

D. Th. Eſt { In *mente* virtus: vt prudentia.
In *voluntate*, vt iuſtitia, pietas.
In *concupiſcenti* appetitu: vt temperantia.
In *iraſcenti*, vt fortitudo. }

ARTICVLVS III.

De obiecto virtutum, & vitiorum.

Circa quid occupatur morale vitium?

Circa illud ipſum in quo virtus occupatur, et cui aduerſatur.

Circa quid verſatur moralis virtus?

Primo circa *facultatem* ipſam, & ſedem eius. p. iuſtitia circa voluntatem & hominem.

Secundo circa *functiones* quæ ſunt duplicis generis.

Sunt enim { *Affectus*, vt cupere, timere, &c.
Vel *effectus*, & actiones: vt largiri, aggredi, &c. }

Tertio circa *obiectum* facultatis & functionis. p. circa id quod homini bonum aut malum, circa honorē, circa pecuniam.

S*ed primum* caput ē tribus implicite continetur in *ſecundo*.

Ideo materia (circa quam) non ſolet hic aſſignari niſi duplex tantum.

n. { *Remota* quæ obijcitur facultati & functioni eius, vt pecunia in negotio liberalitatis.
formidabile in negotio fortitudinis.
bonum alienum in iuſtitia.
honos in magnanimitate, &c.
Proxima quæ eſt *dirigibilis* dirigendaue vt functio facultatis. }

Quotuplex functio moralis?

Duplex, *affectus* & *effectus*.

CAPVT IV.

De Morali functione, atque opere.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto genere Moralium functionum.

Quid humana functio?

{ Interdum quæuis functio quæ ſit in

Digitized by Google

Eſt { homine, vt conſultare, videre, ambulare.
Propriè, quæ eſt moralis facultatis, eſt aliquo libera modo.

Propter quid?

Finis, eſt fœlicitas, homo & Deus.

Obiectum, quod homini libero bonum aut malum.

Subiectum, facultas: vt mens appetitus, vis motiua.

Efficiens cauſſa, publica, priuata.

Publica vt Deus.

priuata vt facultas & priuatum obiectum e. g. pecunia.

Quæ circunſtantiæ moralis functionis?

Specta *quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.*

Quæ impedimenta?

Functio impeditur, libertate impedita:

Libertas, deliberatione impedita:

Deliberatio, amentia, ebrietate, affectu, & ſimilibus cauſis.

Quotuplex functio moralis?

Prima diuiſio.

{ *Mentis*, vt præſtituere finem, conſultare:

Eſt { *Voluntatis*, vt eligere, vti.
Appetitus ſenſitiui : vt amare, cupere.
Vis motricis, vt pugnare, largiri.

Eſt { *Affectus*, vt velle, cupere, contemnere.
Vel *effectus*, & praxis: vt largiri, accipere.

Monitum.

De conſultatione, præfinitione, & ignoratione nonnihil ſuprà.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De voluntatis functionibus.

Functionum voluntatis quot genera ?

Duo { *Imperatæ*, quæ fiunt imperio voluntatis: vt conſulere, eligere, progredi, &c.
Elicitæ, quæ ipſi inhęrent voluntati: vt eligere, velle, &c.

Digitized by Google

Elicitarum voluntatis functionum quot genera, & quæ?

2\. *Quædam* ſunt *communes* voluntati cum ſenſitiuo appetitu, oriuntur à notitia *boni* & mali, tanquam iucundi & aſperi.
Nominãtur *affectus*, ſunt paſſiones ſpiritales, vt voluntatis amare, cupere, timere, &c.
Quædam ſunt *propriæ voluntatis:* oriuntur à notitia *finis* tanquam finis, & medii tanquam medii.

Quænam hæc?

Sunt *velle, intendere, & frui.*
Eligere, & vti.
Conſentire.
Nolle, & dolere propter abſentem finẽ.

ARTICVLVS III.

De ſenſitiui appetitus functione.

Quomodo vocatur functio huius appetitus?

πάθος. Affectus, affectus animi à ſenſu, pathos, paſſio, perturbatio, animi motus, &c.

Digitized by Google

Quid affectus?

Motio ſenſitiui appetitus, profecta ex imaginatione boni aut mali.

Quæ illius cauſſæ?

Finis, propulſare malum, conſequi bonum.

Subiectum, ſenſitiuus appetitus.

Obiectum, ſenſibile bonum & malum.

Opifex { partim obiectum cum imagine eius.
partim phantaſia quæ rem apprehendit, tanquam congruentem aut repugnantem.

Eſtne ars ulla concitandi affectus?

Eſt ars aliqua excitandi metum, fiduciã, & reliquos affectus.

Ea autem eſt vna ex iis artibus, vnde veterum Rhetorica coagmentatur.

Quæ in affectibus obſeruanda ratio pugnæ?

Prima petitur à *ſubiecto*, cui inhæret.

Quod alius in *concupiſcenti*, vt amor, cupiditas.

Alius in *iraſcẽti* appetitu, vt ſpes, metus.

Secunda ab *obiecto*, cuius variæ differentiæ.

Digitized by Google

Eſt bonum, aut malum: præſens, aut abſens.

Noſtrum vel alienum: facile vel difficile.

Tertia ab *acceſſu*, & *receſſu* ab obiecto: vt inter ſpem & deſperationem: timorem & audaciam.

Formidabile audacia perſequitur, timor fugit.

Peripatetici à Stoicis quomodo differunt in affectuum negotio?

Apathiam & vacuitatem paſſionum moliuntur Stoici:

Peripat. *moderationem* non extinctionem.

Quotuplex affectus?

Prima & præcipua diuiſio,

Quæ à ſubiecto & obiecto.

Sunt affectus { in *concupiſcenti* / aut in *iraſcenti* } appetitu.

Quinam in concupiſcenti?

Affectus
- eſt
  - à bono tanquam bono, *amor.*
  - à bono tanquam abſenti, *cupiditas.*
  - à bono tãquam præſenti, *voluptas.*
- eſt
  - à malo tanquam malo, *odium.*
  - à malo tanquam abſenti, *auerſatio.*
  - à malo tãquam præſenti, *dolor.*

in concupiſcenti.

Qui in iraſcenti?

Bonum
- vt *bonum*, nec facile nec difficile.
- vt *præſens*, facile eſt.
- vt *abſens*, aliquando eſt difficile arduum, hinc *Spes & deſperatio.*

Malum
- vt *malum*, eſt indifferens.
- vt *præſens* aliquãdo difficile propulſatu, hinc *ira.*
- vt *abſens*, aliquando difficile, hinc *metus, & audacia.*

Secunda diuiſio.

Voluntarius affectus, aut inuoluntarius.

Tertia diuiſio.

Vehemens, mediocris, exiguus.

Digitized by Google

Quarta diuiſio.

A deliberatione, vel non.

Quinta diuiſio.

Honeſtus, indifferens, turpis.

Quot modis turpis & vitioſus?

Eſt { vel ratione *obiecti* & totius ſpeciei: vt inuidia, cupiditas ſorbendi humanum ſanguinem.
vel tantum ratione *immoderationis*, vt nimia cupiditas vini. }

Sexta diuiſio.

Eſt { *Contra naturam*, vt cupiditas edendi carnes humanas.
Vel non: vt cupiditas comedendi panem. }

Septima diuiſio.

Eſt { à *noſtro*, vt plerique metus mortis.
vel ab *alieno*, vt inuidia, miſericordia. }

Octaua diuiſio.

Eſt { *Externus*: vt dolor qui ex morbo, aduſtione, aut alia ſimili cauſſa.
Internus: qui ab opinione noſtra prodit potius quam ab alia cauſſa. vt dolor ob metum mortis, aut zelotypiam. }

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De motionibus animalium.

Quæ motionum ſeries in belluis et nobis obſeruanda?

Exterior ſenſus: vt viſus, tactus, guſtus, mouetur ſpecie rei *obiectæ*. p. ignis, leonis.
Interior ſenſus deinde percellitur, n. *ſenſus communis*, & *phantaſia*.
res iudicatur fugienda, expetenda.
Tum *concupiſcenti* in appetitu naſcitur affectus: vt odium, amor, voluptas.
Et aliquando in *iraſcenti*.
vt ſpes, audacia, ira.
Aliquando præterea *corpus* velis nolis commouetur. p. *rubemus pallemus*, &c.
Vis motrix ſiue impulſiua poſtea incitatur ab appetitu:
progredimur, fugimus, loquimur, &c.

Quo præterea modo mouetur homo?

Mens mouetur ſpecie & imagine rei quæ *phantaſiæ* ſenſitiuæ eſt obiecta. 1.
Voluntas commouetur, idque citra libertatem, niſi res præuiſa fuit. 2.
Mens poſtea percipit ſe cognoſcere, & vo- 3.

Digitized by Google

luntatem commouere.

4. Voluntas poteſt ſeſe cohibere, libertate vti, & *deliberationem* menti imperare.

5. *Mens deliberata*, quærit, concludit.

6. *Voluntas* eligit, intendit, imperat.

7. Hinc morales motiones, & actiones: vt ſuſtinere, accipere, largiri, &c.

Ex actionibus prodeunt *diſpoſitiones*, & habitus ſiue aſſuetudines. *i. vitia & virtutes.*

ARTICVLVS VLTIMVS.

De morali officio, & opere.

Quid officium morale?

Quod homo facere debet, vt bene beateque viuat.

Quotuplex?

Eſt perfectius, vel imperfectius.

Quid morale opus?

Dicitur communiſſimè, communiter, propriè.

Quid communiſſimè?

Eſt { opera { *Interior*, vt velle, cupere, amare. / *Exterior*; vt pugnare. } / vel *effectus*, vt e. g. templum con-

ſtructum, ciuitas ſeruata, æger ſubleuatus.

Quid communiter?

Eſt opera *exterior*, vel effectus eius.

Quid proprie?

Effectus aliquis humanæ actionis.

Præſtatne opus operationi?

Pluris fit:
- *Alibi*, & æſtimatur pluris
  - opus externum quàm opera exterior: vt ædificium quàm ædificatio.
  - opera exterior, quam interior.
- ędificatio quam ędificandi animus, & conſultatio de ædificando.
- At in moribus & moralibus negotiis ſic iudicandum.

Spectatur:
- noſtrum, eius qui agit.
- vel alienum bonum &c.

Si *alienum* conſideratur, eſt vt alibi, opus pluris fit quam exterior actio.
& hæc quæ exemplo eſt, pluris quam interior quæ delitefcit.
Si *noſtrum* conſideretur, res contra habet, interior pluris, quam exterior:
et exterior actio pluris fit quam opus.

Digitized by Google

CAPVT V.

De honeſtate, deque habitu morali.

M. Logicum.

Sex ethici argumenti capita ſeſe implicant & complectuntur.
Ideo ad vnius explicationem arceſſuntur cætera.

ARTICVLVS I.

Menſura. De menſura, æqualitate, medio.
De menſura.

Quæ menſurabilia?

Ea quorum quantitas aliqua menſura deprehendi poteſt: vt pondera, magnitudines.
De menſura, in mathematicis.

Quæ commenſurabilia?

Quæ communem *menſuram*, & menſorem ſortiuntur: vt duo agri permutandi. &c.

Digitized by Google

Quid metimur in negotijs & rebus moralibus?

Frequentiam, raritatem, neceſſitatem, vtilitatem, iucunditatem & omnino bonitatem, per quam nobis vſui ſunt, cum oppoſitis affectionibus.

Quid pro menſore?

Vir prudens, ſed potiſſimum per *ſyndæreſim*.

Quid pro menſura?

Præcipua rerum moralium mēſura, finis, cui media debent commenſurarj.

Priores fines ad poſteriores referendi: vt victoria ad pacem.

De Æqualitate. *Æqualitas.*

Quid æquum, æquale, commenſuratum?

Quod ita eſt quantum vt neque excedat neque excedatur.

Quot modis fit æquatio duarum rerum?

Vel minor adaugetur.

Vel maior imminuitur, vel vtrumque accidit.

Item.

Vel æquamus accurate, vt ponderi pōdus, magnitudini magnitudo:

Digitized by Google

Vel populariter tãtum, vt candorem candori, dignitatem dignitati, pretium mercimonio, meritum mercedi, meritum merito, egeſtatem egeſtati.

Medium.

De Medio.

Quid medium?

Quod inter extrema duo vel plura.

Quotuplex medium?

Prima diuiſio.

Incluſione. Eſt { Vel *particeps extremorum*, vt tepor qui includit calorem & frigus.

Excluſione. Vel *extremorum expers*, vt centrum circuli, & fortitudo ſi confertur cum ignauia, & audacia.

Secunda.

Diſtat { Vel *æqualiter* ab extremis. vt 8. à. 6. & à 10. dies mercurij à die ſolis & à die Saturni.

Vel *inæqualiter* vt nouem à 10.

Tertia.

Eſt { Vel ita medium vt ſit etiam *æquum*: vt calceus qui dicitur iuſtus & æqualis: hic inter longiorem breuiorem.

Vel ita medium, vt non ſit æquum, & æquale:

vt centrum

vt centrum circuli.

Eſtne quidquid æquum medium?

Neutiquam, ęquatur aliquãdo ſummum ſummo, infimum infimo.

Eſtne aliquid ita æquum vt ſit etiam medium?

Eſt, vt calceus qui dicitur *iuſtus*, medius, moderatus:

Dicitur { Iuſtus quia æquatur pedi. Medius quia inter *plus* iuſto & minus iuſto.

Quarta.

Medium vel eſt morale, vel non.

Quinta,

quæ affinis tertiæ:

Medium { *Rei* dicitur, quod ab extremis neceſſario æqualiter diſtat vt centrum circuli. *Rationis* quod ita eſt *medium* vt ſit etiam *æquum*, nectamen neceſſario æqualiter diſtans ab extremis: vt iuſtus calceus, alimonia commenſurata.

Vnde hoc æſtimatur?

Ex re *tertia* cui debet æquari, p. iuſtus moderatuſque calceus ex pede,

Digitized by Google

iuſtum pretium ex mercimonio.
Medium non æquatur extremis.p. exceſſui, defectui, ſed alij rei.

ARTICULUS SECUNDUS.

De honeſtate & decoro.

Quid proprie honeſtas & τὸ decorum?

Eſt æquitas, ſymmetria, moderatio, omnino pulchritudo rationalis, non quæuis.

In quo conſiſtit τὸ decorum?
Quæ illius appellationes?

Conſiſtit in eo quod res quãtum licet cõmenſuretur fini circonſtantiis.
Ideo *æquitas* ſymmetriaque dicitur.
In eoquod rectæ rationi, & recto appetitui, legiue animi commenſuratur.
Quod pars irrationalis, rationali non obſit:
ſed proſit in officio faciendo.
Hinc dicitur *recta ratio*, rectitudo rationis.
In eo quod res *vigere* faciat,
propterea dicitur *virtus*.
In eo quod *ſplẽdere* illam & clareſcere, ideo dicitur *honeſtas, decorum*.

Et ſæpe in eo quod vitetur exceſſus & defectus.

Indeque dicitur *medium*, modus, moderatio, temperies.

Æquatne ſemper quod decorum?

Neutiquam. In pleriſque rebus, p. in timendo, audendo,

Poſſumus { Deficere, æquare, excedere. / Deeſſe, ſatis eſſe, ſupereſſe.

Sed quibuſdam vix poſſumus æquare, multo minus *exuperare*.

p. in *amando* & colendo Deum.

Ideoque illic vtendum omni contentione animi.

Quid virtutis moralis nomine ſignificatur?

Aliquando quæuis *rectitudo* moralis.

Aliquando honeſta actio, quæ ſecundum rectam rationem.

Sæpius moralis habitus.

ARTICVLVS III.

De morali habitu.

Quid?

Eſt promptitudo exercendi bene aut male ſuam actionem.

Digitized by Google

Non eſt facultas ethica, ſed acumen eius aut hebetudo, ſiue ſit à natura, ſiue ab aſſuetudine.

Quotuplex moralis habitus?

Duplex:
- Vnus eſt *naturalis* & pendens à conſtitutione corporis, qui non dicitur habitus *abſolute*, ſed naturalis habitus.
  - Non virtus, ſed naturalis virtus, vt naturalis fortitudo Alexandri.
  - Non vitium, ſed naturale vitium, vt ignauia naturalis.
- Alter *exercitatione & aſſuetudine* paratur, qui appellatur abſolute *habitus*.

Hic quotuplex?

Eſt:
- Aut *probus* & optabilis, diciturque *virtus*, vt fortitudo, iuſtitia.
- Aut *vitioſus* & fugiendus, diciturque vitium, *vitioſitas*, & intelligitur ex virtute: vt audacia, ignauia, iniuſtitia.

Quid moralis virtus?

Habitus aut aſſuetudo bene degendi vitam humanam ſiue liberam.

Quotuplex moralis virtus?

Vna eſt *corporis* minuſque proprie virtus, quæ pertinet ad vim

Duplex { motricem impulſiuam, vt aſ-ſuetudo modeſte ambulandi, loquendi.
Altera *animi* quæ magis propriè virtus, & moralis virtus.

ARTICVLVS IIII.

De morali virtute generatim.

Quid moralis virtus, quæ virtus animi magiſque proprie virtus?

Eſt habitus mentis, aut appetitus quo proni ſumus ad honeſte agendum, ad degendam vitam humanam, ſiue liberam.

Habitus deliberatiuus, electiuus & poſitus in ea mediocritate, aut æquitate, & rectitudine, quam præſcribit recta ratio, & prudentia.

Eſt-ne quæuis virtus moralis medium?

Diſt. { aut *ſecundum* ſe ſpectatur ſeu per ipſam honeſtam aſſuetudinem.
aut ſecundum ſuam actionem, ſuũque munus,

Digitized by Google

Quæritur { ſitne *habitus* laudabilis, & moralis, conſtitutus inter duos extremos & vitioſos habitus.
.p. fortitudo inter audaciã & ignauiam.
ſitne *actio* ex virtute *medium*, & inter duas extremas actiones. }

Mediumne virtus per ſuam actionem?

Omnis virtus moralis per aliquam ſuam actionem, aut per omnem, deprehenditur eſſe *medium*, modus, moderatio. vt iuſtitia, pietas, religio, fortitudo.

Largiri iuſtum eſt inter plus iuſto & minus iuſto.

Satis *audere* inter exceſſum & defectum vt ſatis eſſe obſeruantem ceremoniarum, &c.

Mediumne per ſe ipſam moralis virtus?

Iuſtitia non eſt medium mediuſue habitus, quia non opponitur niſi iniuſtitiæ.

Largiri *iuſtum* pretium *iuſtitiæ* eſt, *minus* iuſto *iniuſtitiæ.*

Sed largiri plus iuſto, non eſt habitus qui iuſtitiæ aduerſetur.

Eſt liberalitatis, aut profuſionis.

De alijs virtutibus controuerſia eſt.

Quia.

Peripatetici virtutem vnam collocant inter duos vitioſos habitus.

p. liberalitatem inter auaritiam & profuſionem.

Non pauci ſingulis virtutibus, ſingula opponunt vitia.

p. liberalitati profuſionem, parcimoniæ auaritiam,

Quid ſentiendum?

Quis controuerſiæ dijudicandæ cardo?

Si temperantia & hilaritas ſunt vnica virtus:

Itemque *ſeueritas* & *clementia*, liberalitas & parcimonia.

Fortitudo & cautio, &c.

Vni virtuti aduerſantur vitia duo circa materiam eandem.

Vt liberalitati profuſio & auaritia circa *pecunias*.

Fortitudini temeritas & audacia circa formidoloſa.

Sin autem vt ſunt duo nomina & officia ita *temperantia & hilaritas* ſunt duæ virtutes licet occupatæ circa eandem materiam remotam.n.circa *voluptates*, ſane ſingulis virtutibus ſingula opponuntur vitia.

p.	Liberalitati profuſio. Frugalitati auaritia	circa pecunias.
	Fortitudini temeritas. Cautioni ignauia	circa formidoloſa.
	Tēperātię *triſtitia* Hilaritati intemperantia	circa voluptates.

Ineſtne virt⁹ à natura, ſeu à natura ſola?

Neutiquam quia neque *connaſcitur*, neque ſponte *ſuccreſcit*.

Quo igitur paratur modo?

Natura, doctrina, exercitatione.

Quod paratæ argumentum?

Voluptas cum dolore, qui valde gaudet agendo honeſte, valdeque dolet ſi quādo turpiter agit, is bene agendi habitum videtur aſſecutus.

Nonne iam fortis, qui fortia facit? Juſtus qui iuſta &c?

Neutiquam, niſi etiam *fortiter* & iuſte, &c.

I. eſt. niſi primo *ſciens* prudenſque id faciat.

2. niſi *volens*, propter honeſtum finem.

3. firmo conſtantique animo.

Cur negatur virtus eſſe præter naturam?

Quoniam non eſt præter naturæ ſaltem incorruptæ intentionem, *pronitatem.*

Nonne virtus contra naturam, naturamue noſtram?

Si contra naturam interpreteris quod eam corrupit,
non eſt virtus contra naturam.
Sin autem illud quod aduerſatur illius inclinationi:

Diſt. { Aut per ſe ſpectatur virtus, neque habita ratione corruptionis.
quo nomine virtus non eſt contra naturam.
Aut natura conſideratur vna cum corruptione:

Tumque virtus aduerſatur illius inclinationi.

N. vt fere medela ægrotorum cupiditati, aut potius vt bonus ſalubriſque cibus male habenti,

Quotuplex virtutis moralis ſtatus? *Status.*

Duplex. n. philoſophicus & chriſtianus.

Digitized by Google

Quid ita?

Quoniam
- Vel ſeiungitur à fide *Chriſtiana*, & fiducia in Deum.
- tumque non agit niſi propter honeſtatem.
- quia naturali iudicio honeſtas nuda nudæ præfertur turpitudini.
- Vel coniungitur cum fide chriſtiana, agitque *propter Deum*.

Quo modo deprehenditur *vegetior*, potiſſimum, ſi *charitate* acuatur & quaſi animetur.

Quotuplex virtutis ſtatus philoſophicus?

Triplex
- *Rudimẽtum.* 1. dicitur *continentiæ* conſtantiæque ſtatus, vbi *affectus* excitantur tum *vehementes*, tum pauci, ſuperantur tamen.
- *Mediocritas.* 2. dicitur *temperantiæ* ſtatus in quo affectus non ita vehemẽtes non ita turpes.
- *Heroica vis.* 3. dicitur *heroicus* virtutis ſtatus, cum quis virtute attollitur ſupra communem hominum ſortem. p. *ſanctitate*.

Digitized by Google

Qui ſunt ſtatus aduerſarij?

Incontinentiæ, intemperantiæ, & feritatis.

Incontinentia impotentiaue, eſt cùm quis *videt* meliora *probatque*, ſequitur tamen deteriora impulſus voluptate, & conſcientiam nondum habet deprauatam.

Intemperantiæ ſtatus, eſt cùm iudicium iam eſt valde deprauatum.

Feritas, eſt cum quis infra & vltra communem omnium vitioſitatem deprimitur.

Similis:
- *Incontinens* ciuitati in qua ſunt bonæ leges, verum non ſeruantur.
- *Intemperans* ciuitati, quæ prauas ſancit, ſeruatque leges.
- *Ferus* ciuitati, in qua barbari immaneſque mores.

Differẽtia & ſpecies.

Quotuplex virtus?

Prior diuiſio.

Virtus:
- *Ad aliena refertur*, vt iuſtitia.
- vel ad *noſtra*, vt temperantia, liberalitas.

Secunda diuiſio.

- *Mentis*: vt prudentia, eubulia.
- *voluntatis*: vt iuſtitia, religio, fides.

εὐβουλία.

Digitized by Google

Eſt { *Concupiſcentis* appetitus, vt temperantia.
Iraſcentis, vt fortitudo.

Tertia diuiſio.

Eſt { *Patiendi* potius quam *agendi* habitus: vt verecundia.
Vel contra, vt temperantia, fortitudo.

Quarta diuiſio.

Eſt { *Integra* totaliſque virtus, vt temperantia.
Vel *partialis*, vt ſobrietas, eubulia.

Quinta diuiſio.

Virtus { Vel non eſt propriè *probitas*, parſue probitatis: vt *indignatio*, verecundia, & amicitia, quæ inter improbos intercedere poteſt.
Vel contra: vt iuſtitia, fortitudo.

Sexta diuiſio.

Eſt { *Cardinalis* virtus: vt *prudentia*, iuſtitia, temperantia, fortitudo.
Vel *annexa* cardinali: vt vrbanitas temperantiæ, ſeueritas iuſtitiæ.

Officia.

Quæ officia virtutis?

Fugere turpitudinem, conſectari honeſtatem.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De cardinali virtute generatim.

Quid cardinalis virtus?

Eſt ea virtus, in qua tanquam in cardine vertitur hominum vita, & quæ has ſibi tres conditiones vendicat.

1. quaſi *regnat* in vna è quatuor virtutum ſedibus.

vt {
prudentia in mente.
iuſtitia in voluntate.
temperantia in concupiſcenti appetitu:
fortitudo in iraſcenti.
}

2. *ſubditas* & annexas virtutes habet,

vt {
prudentia virtutes cæteras.
iuſtitia fidem, gratitudinem, &c.
temperantia affabilitatem, vrbanitatem.
fortitudo magnanimitatem, &c.
}

3. *aſſerit ſibi præcipuo* iure vnum è quatuor modis qui ſunt virtutibus communes & hinc appellari poteſt.

Qui ſunt hi quatuor modi?

Ratio recta, vnde *prudentia* recta ratio dicitur.

Digitized by Google

æquitas, vnde *iuſtitia*.
moderatio, vnde *temperantia*.
firmitas, vnde *fortitudo*.

ARTICVLVS VI.

De prudentia.

Quid prudentia generatim?

Eſt *peritia* vbi locus deliberationi, coniecturæ, & caſui.

Quotuplex?

Duplex:
- Vna *ſecundum* quid prudentia: vt cum quis dicitur prudens medicus, prudens imperator, &c.
- Altera *abſolute* prudentia, quæ eſt prudentia moralis. n. cum quis dicitur *prudens* aut vir prudens.

Quid prudentia moralis?

Eſt peritia per quam leges bene viuendi rectè applicantur, & rectè impellitur facultas obſequens.

Habitus dianoëticus, rectus, & actiuus in iis quæ ſunt homini bona aut mala.

Quid opponitur prudentiæ?

Hinc *imprudentia* & ſtoliditas, hinc aſtutia, & calliditas.

Digitized by Google

Quotuplex prudentia?

Diuiſio prior.

Eſt { *Ethica* ſiue monaſtica. / *œconomica.* / *Politica.*

Diuiſio poſterior.

Eſt { *Integra* prudentia & retinet commune nomen. / Vel *inchoata* tantum: vt eubulia, &c:

Eubulia, quæ eſt habilitas bene deliberandi de negotiis moralibus.

Syneſis, quę eſt ſagacitas de iis opinandi citra longam deliberationem. σύνεσις

Gnome ſententia, quæ eſt habilitas iudicandi de æquo & bono. γνώμη

porrò qui noſcens, ille ignoſcens.

Habilitas exequendi aliena conſilia per quam paremus benè monenti, &c.

ARTICVLVS VII.

De Iuſtitia, & annexis virtutibus.

Quid iuſtitia?

Aliquando *æquitas* quæuis, vt dum calceus appellatur iuſtus.

Nunc virtus *moralis*, ſita in appetitu per

Digitized by Google

quam *alteri* redditur *ſuum*, & conueniens, maxime ſi redditur *tantum quantum* conuenit, atque *debeatur*.

Inter quæ intercedit?

Inter res mutuo neceſſitudinis copulatas vinculo: vt inter duos homines.

Quotuplex iuſtitia?

Diuiſio prior.

Eſt { *herilis* iuſtitia. p. inter *dominum* & *ſeruum*:
paterna, inter *virum* & vxorem, *parentes* ac liberos.

Ciuilis pertinet ad ciues & ciuitatem.

Quotuplex ciuilis iuſtitia?

Eſt { Vna *legalis & vniuerſalis*, per quam debita obedientia præſtatur legi. iniuſtus qui legem violat.
Altera *particularis*, per quam ciuis vnus alteri ciui ſuum largitur.

Tunque { Si conferatur quod *traditur* cum eo quod *rependendum* eſt:
vt ſtipendium cum militari opera, pretium cum mercimonio.
Iuſtitia *commutatiua* dicitur.
Arithmetica æqualitate vtitur.
elle rend autant pour autant.
Sin autem *comparantur* inter ſe, quæ tribuuntur

Digitized by Google

tribuuntur: vt *ſtipendia plura*, non autem cum eo quod rependitur.

Iuſtitia *diſtributiua* dicitur.

geometrica æqualitate vtitur:

Elle donne tantieſme pour tantieſme.

Legalis iuſtitia quomodo eſt vniuerſalis?

Eſt { vt *exercitus*, ſi ſit cœtus omnium virtutum,
vt *imperator*, ſi ſit vnica virtus voluntatis, ſed regina cæterarum. }

Poſterior diuiſio.

Iuſtitia {
Exquiſita & proprie iuſtitia, eſt cùm habentur hæ tres conditiones.
1. alteri *conueniens* redditur.
2. redditur quod *debitum* iure dominij non ſolo iure honeſtatis.
3. redditur tantum quantum debetur.
Non exquiſita iuſtitia, eſt quando deſideratur poſteriorum conditionum altera, vel vtraque, & dicitur virtus iuſtitiæ *annexa*. }

Alteri conueniēs. debitum. æquale.

Quænam annexæ, vbi deſideratur ſecunda?

Veritas, fides, gratitudo, obedientia, caſtigatio, vindicatio, humilitas, liberalitas, amicitia.

Digitized by Google

Quænam vbi tertia?

Religio, pietas, obſeruantia, & plerumque gratitudo, &c.

Tertia diuiſio pro auctuario.

Iuſtitia, vel non iudicat *ex æquo & bono*, ſed ex rigore iuris & legis:
tumque retinet commune nomen.
Vel iudicat ex *æquo & bono*, & appellatur *æquitas.*

Quid æquum & bonum?

Generatim ius nullius emendationis indigum.
Propriè ius vnum, quo emendatur alterum.
Quod alioquin honeſtum, nihilominus propter aliquam circunſtantiam deflectit ab honeſtate.

ARTICVLVS VIII.

De iure, iuſte facto, & iniuria.

Quid iniuſtitia violat?

Violat illud quod appellatur *ius.*

Quid ius?

Primo *neceſſitudo*: vt amicitia, iuſtitia non niſi interſociata.

Digitized by Google

Eſt { Secundo *iuſti regulæ*: vt lex, iuriſprudentia, iudicis ſententia.
Tertio *iuſtum ipſum*: vt parentes colere.
Quarto *dominium*, id quo domini ſumus: p. id per quod hoc eſt meum, iſtud tuum. }

Neceſsitudo.

Sociatum non modo debet ſeruare quod eſt ſocij, verumetiam illi largiri aliquid ſuarum rerum.

Illud per iuſtitiam fit, hoc per libertatem.

Quid lex?

Lex, eſt morale præceptum obligans, in ea conſideratur auctor, interpretatio, ſupplementum, exceptio, mutatio, iudicium, iudex, &c.

Iudex applicator legis.

Lex { ſcripta / non ſcripta } { naturalis / poſitiua }

Item { mutabilis / immmutabilis } { iubet / vetat / permittit. }

Item { numquam emendatione indiget. / aliquando indiget. }

Eſt { Generalior vt ſeruetur reſp.
Vel ſpecialior & particularis, vt e.g.

Hoſpiti, ſi conſcenderit murum, capitale eſto.

Emendatur { poſitiua, naturali.
particularis, communiori.

De *iuſto*, *ſeu humano iuſto.*

Iuſtum eſt quod legi conſentaneum, & omnino alteri debitum.

Idem { *iuſtum*: ideo inter duas *perſonas.*
medium: ideo inter exceſſum & defectum.
æquum: ideo inſinuat duo quæ æquentur.

Iuſtum herile, paternum, ciuile.

Ciuile { ſtricte quod proprium *poſitiua* alicuius ciuitatis. p. Romanæ.
Late vt hic, quod pertinet ad ciuitatem naturalem: intercedit inter ciuitatem & ciuem, vel inter ciuem & ciuitatem, atque legem.

Eſt { *Naturale* vt educare liberos.
vel *Poſitiuum* arbitrarium legitimum: Vt ad hibere ſeptem teſtes ad confectionem teſtamenti.

Eſt mutabile vel immutabile.

Digitized by Google

Eſt æquum & bonum, vel non.

Naturale
- Nunc illud cuius eſt aliqua ſimilitudo in belluis vt,
  ſuſcipere prolem, educare prolem.
- Nunc illud quod nos natura docuit, quod per ſe tale eſt, non per conſtitutionem vt:
  colere Deum, colere parentes.

Iuſtè factum & iniuria.

Si res conferatur cum lege deprehenditur *iuſta, iniuſta, indifferens.*

Si conſideretur quatenus fit,

Tum
- Vel non fit conſulto, tumque neque eſt *iuſte factũ*, neque *iniuria*.
- Vel fit conſulto.

Tumque
- Quæ *indifferens*, neque iuſte factum, neque iniuria.
- Quæ *iuſta*, eſt iuſte factum.
- Quæ *iniuſta* ſi fit nolenti, eſt *iniuria*: ſecus non eſt propriè iniuria.

Quid æquare debemus?

Debemus
- Non *perſonam perſonæ*, quia reſpub. poſtulat varias & inæquales partes.
- Non *perſonam rei* commut bili, quia

Digitized by Google

res ſunt propter nos : vt calceus propter pedem.

Sed { *rem rei*, puta, pretium mercimonio. | & *rem perſonæ* p. honorem regi. }

ARTICVLVS IX.

Pro appendice ad ſermonem de iuſtitia, de iniuria, talione & commutationibus.

Quibus ſit iniuria & quomodo?

Legi & legiſlatori, violatione legum. ciui damnum inferendo in commutationibus, acceptione perſonarum, diſtributionibus.

De Talione?

Talio, ſiue τὸ contra pati, eſt in eo poſita quod quis tantum patiatur quantum agit.

Eſt { Vna vbi redditur res eiuſdem naturæ & valoris vt frumentum pro frumento. | Altera vbi aliquid eiuſdem valoris,

ſiue ſit eiuſdem ſpeciei ſiue non.
Aut res æſtimatur ſola, & non ſufficit ad iuſtitiam.
Aut res cum cum ſuis circunſtantiis, & vſurpatur in iuſtitia commutatiua.
Diſtributiua non rependit, ideo non vtitur talione.

De commutatione & rebus commutabilibus.

Quid apud nos commutatio et contractus?

Eſt, commercium aut quaſi commercium quo mutuo largimur & accipimus. vel aſſequimur ius accipiendi.

Quotuplex contractus?

Eſt { *Voluntarius* vtrique gratus, vt emere, vendere, locare, conducere, &c. *Inuoluntarius*, ſiue ſit clandeſtinus, vt furari.
Siue ſit apertus, vt latrocinium, raptus.

Quæ commutabilia?

Bona, quibus continetur ſecunda fortuna, vt honores, opes.
Et mala, quibus aduerſa.

Quæ menſura bonorum commutabiliũ?

Naturalis, eſt inopia, artificioſa, numus.

Digitized by Google

ARTICVLVS X.

De alijs virtutibus.

Quid fortitudo & cautio?

Virtus appetitus [iraſcentis] ſita inter *ignauiã & audaciam*, cui proponitur pro remota materia *formidabile*:
vt pro proxima, metuere & audere, ſuſtinere & aggredi.

Quid temperantia & hilaritas?

Virtus cui opponitur triſtitia & intemperantia.
Pro materia belluinæ voluptates.
hæc ex poculentis, eſculentis, & venereis rebus.

Quid largitas & parcimonia?

Virtus circa pecunias, & res noſtras pecunia æſtimabiles inter auaritiam & profuſionem.
Ea ſi ad *vtilitatem* publicam tendit, dicitur tantum liberalitas.
Si ad *ſplendorem* publicum, dicitur magnificentia.

Digitized by Google

Quid modeſtia & magnanimitas?

Modeſtia virtus circa *honorem*, propter vtilitatem publicam:
vt *magnanimitas* propter ſplendorem.
Hinc *ambitio*, & inde nimius honorum contemptus.

Quid manſuetudo?

Virtus quæ *iræ* imponit modum.

Quid clementia & ſeueritas?

Iuſtam pœnam clementia minuit, quantum licet per iuſtitiam.
Seueritas auget.

Quid affabilitas?

Virtus per quam nos præbemus neque nimium faciles, neque nimium difficiles in *ſerio* conuictu, congreſſu.

Quid vrbanitas?

Virtus per quam id præſtamus in congreſſu jocoſo & minime ſerio.

Quid veritas ſiue veracitas?

Virtus voluntatis per quam tenetur modus in vero aperiendo, reticendo.

Quid indignatio?

Honeſtus habitus dolendi, quod bona adſint indignis.

Digitized by Google

Quid verecundia?

Laudabilis aſſuetudo erubeſcendi propter turpe aliquid.

Quid beneuolentia?

Habitus per quem alicui volumus bene propter ipſum.

Quid amicitia?

Eſt mutua & aperta aliquorum beneuolentia cum dilectione propter aliquid ſuſcepta bonum. p. vtilitatem, iucunditatem, honeſtatem.

Eſt inter pares vel inter impares.

Oritur à natura, conſuetudine, delectu.

CAPVT Vltimum.

De negotio monaſtico, œconomico, politico.

ARTICVLVS I.

De monaſtico.

Quotuplex in nobis, hominis amor?

Eſt { *Chriſtianus, quo homo* diligitur propter Deum.
Et *philoſophicus*, qui duplex.

Digitized by Google

n. { Vnus quo quis *ſeipſum* amat.
Alter quo *alterum*, in quo ſunt varij gradus.

Hic quotuplex?

Prima diuiſio.

Eſt { à *natura*: vt amor conſanguineorum.
ab *aſſuetudine*: vt ſodalium.
à delectu.

Secunda diuiſio.

Eſt ab vtilitate, à iucunditate, ab honeſtate.

Tertia diuiſio.

Eſt { Vnus quo diligis alterum propter ipſum: qui eſt proprie, *amor illius.*
Alter quo id facis, propter te & tuos.
Qui potius amor *tui*, quam amor illius.

Egetne menſura hic amor?

Eget, quia excedere, deficereque poteſt. Pro menſura eſt amor noſtri.

Quotuplex amor noſtri? φιλαυτία.

Dicitur { Vnus *philautia*, quo nos amamus: *maximè*, qua *minime* ſumus. i. amor corporis.
Alter eſt ille, quo nos amamus

maximè, qua *maximè* ſumus, id eſt, amor *animi*.

Vt ciuitas eſt *maximè* magiſtratus, concilium.

Ita homo eſt maximè animus.

Cuiuſmodi amor noſtri?

Prior eſt turpis perniciofus, & fons vitiorum omnium.

Poſterior eſt honeſtus, fructuoſus, & fons omnium virtutum.

Per hunc ſibi { beneuult / benefacit / conſentit } homo.

Quotuplex huius amoris cura?

Primaria eſt circa animum.

Secundaria, circa cætera bona.

Nonne pluris facienda bona corporis quam externa?

Pluris, niſi ſint conducibiliora ad bona animi.

Quid officium monaſticæ?

Eſt dirigere virtutem ad vſum & ornamentum eius, qui honeſte agit.

Digitized by Google

Quot modis conſideratur officium monaſticum?

Conſideratur
- Aut *abſolute.* p. cum quæritur.
  - ſit nec ne hoc vtile.
  - ſit nec ne hoc iucundum.
  - ſit nec ne hoc honeſtum.
  - ſit nec ne hoc neceſſarum.
- Et *comparatè,* e.gr. cum quæritur.

ſitne hoc quam illud vtilius, &c.
ſitne vtilitas præferenda honeſtati.
ſitne præferenda talis honeſtas, tali vtilitati.
ſitne anteponenda hæc honeſtas illi honeſtati.

ARTICVLVS II.

De Societate.

Quid ſocietas?

Generatim eſt coniunctio quæuis.
Propriè multitudo & nexus duarum rerum, quarum vtraque, vel vna ſaltem egeat alterius ope.

Vnde nexus in ſocietate?

Ex eo quod *bonum* eſt ſui diffundendi auidum.

Digitized by Google

Quod *egenum*, illud eſt cupidum conſequendi bonum.

Quotuplex?

Societas { Eſt bonum rerum pertinentium ad ſuppoſitum idem.
vt animæ, & corporis, pedis & manus, &c.
Aut rerum, quæ ſunt ſuppoſiti diuerſi. }

Tum { Interdum eſt rerum eiuſdem dignitatis, & ſine imperio: vt ſocietas luporum.
Sæpius rerum vbi vna ſit præcellentior & præſit, altera obſequatur aut quaſi obſequatur. }

Quo tempore

Eſt *Inſenſibilium* rerum, vt tritici, & agri. vel *animalium*, vt apum. vel *rerum vtriuſque generis*, vt hominis & agri.

Quotuplex animalium?

Eſt { Aut animalium *diuerſæ* ſpeciei, vt equitis & equi.
Aut *animantium eiuſdem* ſpeciei, tumque diuiſiones variæ. }

Prima

Eſt à natura, à delectu, aut aſſuetudine, aliunde.

2.

Eſt durabilior, aut minus durabilis.

3.

Eſt { *Homogenea*, ratione officiorum: vt ſocietas duorum luporum.
Vel *heterogenea* diſſimilaris, vt ſocietas maris & fœminæ. }

Quarta diuiſio

Eſt hominum, vel aliarum animantium.

De humana ſocietate.

Ferturne homo per naturam ad ſocietatem cum homine?

Fertur, ideo locutio ei eſt conceſſa.

Cur fertur?

1. quia id requirit propagatio generis humani.
2. quia vnus non poteſt commode exercere omnes artes, & officia quibus eget.

Quotuplex humana ſocietas?

Prima diuiſio.

Eſt { Hominum inter ſeſe, vt coniugum.
Hominis & rei alterius. p. equi.
Mixta, vt in familia, in rep. }

Secunda diuiſio.

Eſt { Primaria: vt familia, ciuitas.
Secundaria: vt ſocietas duorũ mercatorum. }

Digitized by Google

3. 4.

Eſt { ordinata / inordinata } { cum imperio / ſine imperio }

5. 6.

item { ſufficiens / inſufficiens. } { ad viuendum tantum / ad bene viuendum. }

7. 8.

item { naturalis / arbitraria / mixta. } { proba / vitioſa. }

9.

Conſtat ex conſentaneis, vel diſſentaneis.

ARTICVLVS III.

De nogotio œconomico.

Quid domus ſiue familia?

Eſt à naturæ inſtinctu profecta ſocietas plurium perſonarum, quæ degere debent in eodem ædificio ad communicationem quotidianam operarum atque operum.

Quid

Digitized by Google

Quid impellit ad familiam conſtituendam?

Propagatio generis humani, victus, veſtitus, & aduerſus feras.

Quotuplex familia?

Vna eſt *perfectior*: altera *imperfectior*, quæ ex illa æſtimatur.

Quæ principia perfectioris?

1. ſocietas viri, & vxoris.
2. ſocietas parentum & liberorum.
3. ſocietas domini & ſerui qui inſtrumentum rationale.
4. ſocietas poſſidentis, & rei poſſeſſæ: vt coloni & agri, aurigæ & equi.

Quot ſunt officiorum genera in familia?

Sunt { Alia *imperantis*: vt patrisfamilias, heri, matrisfamilias, procuratoris. Alia eorum, *quibus imperatur*.

Quæ officia patrisfamilias?

Alia aduerſus vxorem.
Alia aduerſus liberos.
Alia aduerſus ſeruos, famulos, mercenarios.
Alia aduerſus belluas quibus eget domus.
Alia circa ædificia, agros, & alias huiuſmodi poſſeſſiones.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De rebus politicis.

Vnde ciuitas conſtat?

Vt familia ex pluribus hominibus,
vicus ex pluribus domibus vicinis:
Ita *ciuitas* ex pluribus vicis.

Quid ciuitas?

Diſt. { Eſt vna *naturalis*, *quæ* ſocietas hominum inter ſe.
Altera *arbitraria* & poſitiua, profecta à naturali propenſione.

Eſt autem ſocietas hominum cum imperio *ordinata*, & diſſimilaris, conſtituta ad conſequendum eam bonorum copiam, quæ ſufficiat ad *bene beateque* viuendum; qui ciuitatis *finis*.

Quid impellit homines?

Firmitas connubiorum, neceſſitas commutationum, & egeſtas mutuæ operæ, propulſatio iniuriarum.

Qualis hæc ſocietas?

Eſt diſſimilaris & compoſita ex diſſentaneis:

Digitized by Google

Si ſpectentur artes & officia.

Quæ ciuitatis membra?

Requiritur princeps vnus aut multiplex qui imperet.

Concilium iudicum.

Præſidium militare.

Populus, qui reliquos ciues complectatur.

Omnino { Alia membra ad *neceſsitatem* pertinent, vt agricola, iudex, miles.
Alia tantum ad *vtilitatem* aut iucunditatem, vt citharædus, pictor. }

Quotuplex doctrina de ciuitate?

Prima eſt de geneſi, & conſtitutione.

Secunda eſt de regimine & conſeruatione: ad quam concordia potior quam iuſtitia: et iuſtitia, quam fortitudo militaris.

Quotuplex ciuitatis & reip. forma?

Eſt { Vna *anarchia*, vbi vix vnus imperet, quæ teterrima eſt ſocietas, nec propriè reſp. & politica.
Altera vbi quis imperet quæ ſextuplex præter mixtionem. }

Quia triplex proba reip. forma, triplex vitioſa.

Digitized by Google

Quæ proba?

Monarchia ſeu regia poteſtas quæ ſucceſſione melior, quam electione.

Ariſtocraſtia, vbi optimates imperant.

Timocratia, vbi populus imperat, ſed pro ratione *cenſus:*

Quæ conſueuit nominari ſpeciatim & propriè, *Reſp. politia.*

Quæ vitioſa?

Tyrannis, quæ opponitur regiæ poteſtati.

Oligarchia, (paucorum principatus) quæ *Ariſtocratiæ:*

Democratia (populi principatus) quæ Timocratiæ aduerſatur, &c.

Digitized by Google

COMPENDIVM PHYSICVM,

TRACTATIBVS COMprehenſum tribus.

Nempe.

1. vbi de *corpore naturali* ἁπλῶς.
2. vbi de mundo, & de ſimplici corpore.
3. vbi agitur de corpore mixto.

TRACTATVS I.

De corpore naturali generatim, deque illius principijs, cauſis & affectionibus.

Vbi,

Sectio prior de corpore, cauſis, natura, & principiis.

Poſterior de communioribus affectionibus.

SECTIO PRIOR.

De corpore naturali, cauſis, natura, & principijs.

CAPVT I.

De corpore, cauſſa, & natura.

ARTICVLVS PRIOR.

De corpore, ſeu naturali corpore.

Quid apud nos σῶμα, & corpus?

1. *Trina dimenſio*, ſiue moles: vt cubus.
2. *Materia*: vt cùm dicimur conſtare anima, & corpore.
3. vt hîc, *ſubſtantia* materiata, & compoſita ex corpore, ſecundi ſignificatus.

Quotuplex corpus?

Eſt { vel *artificioſum*: vt domus, horologiũ. & non habet quatenus tale intra ſe principium ſui motus, & quietis. rheda non mouetur à ſe, verum à iumento.
vel *naturale*: vt animantes, arbores, metalla: & habet intra ſe principium etiam actiuum ſui motus, & quietis.

Digitized by Google

Quid occurrit in naturali corpore?

Subſtantia cum affectionibus, ſiue accidentibus.

Quidnam eſt de eſſentia & ſubſtantia naturalis corporis. p. Bucephali?

Puerili iudicio quidquid offenditur illic permanentius.

Veteribus philoſophis, nihil *præter materiam*, ſiue præter illud, quod pro materia habent:

vt Thaleti nihil præter aquam.

Platoni ſola forma *ſubſtantialis*. p. anima equi:

vt corpus equi, non ſit pars illius, ſed duntaxat receptaculum.

Peripateticis *materia*, & quæ dicitur ſubſtantialis forma:

vt corpus equi, & anima equi.

Quid ergo eſt naturale corpus?

Subſtantia conſtans duabus naturis, materia & energia ſubſtantiali, & principe.

Sunt enim vt artificioſa corpora, *hoc* in *hoc*.

ita & naturalia.

Quæ illic compoſitionis ratio?

Inuenitur Metaphyſica.

Digitized by Google

Quotuplex Phyſica?

Duplex { Vna, ex materia, & forma ſubſtantiali.
Altera, ex iis partibus quę nominantur proprie *integrantes*. p. ex capite, brachiis, &c.

Quæ Metaphyſica?

Ex genere & differentia, eſſentia & exiſtentia, potentia & actu, natura & ſingularitate, ſubſtantia & accidente.

Quot modis & nominibus cōſideratur?

Conſideratur in τὸ *eſſe* ſuo.
ſiue ſit ſubſtantiale: vt eſſe lapidem.
ſiue accidentarium: vt eſſe durum.
Et in ſuo *mutari* per inceptionem, vel deſitionem.

Spectat phyſica quo natura *moueat* modo, vt *ars*, quo nos *mouere* debeamus.

Spectantur principia & elementa naturalis corporis, ipſum affectiones eius differentiæ, & ſpecies.

Quot ſunt affectionum genera in naturali corpore?

Aliæ *communes* ipſi, cum rebus ſpiritalibus:
vt vnitas, veritas, bonitas, actio, paſſio, &c.

Digitized by Google

Sunt { quæ declarari ſolent, per exempla naturalia:
& aliqua ex parte perſtringuntur à phyſiologis.
Aliæ *propriæ*, non communes cum rebus ſpiritalibus.

Tum { Vel ſunt certi *corporis*, non cuiuſuis:
vt facultas hinniendi, rugiendi, calor, frigus, &c.
Vel cuiuſuis naturalis corporis aut ſaltem fere cuiuſuis.

vt mutatio & quies, latio, alteratio. quantitas, figura, locus, contactus continuitas, tempus, & τὸ quando.

Actio naturalis, paſſio naturalis, obſiſtentia, ſphæra actiuitatis, &c.

Quotuplex corpus naturale?

Eſt { Congeries rerum, nec propriè ſubſtantia vna:
vt ſylua, mundus, &c.
Vel propriè vna ſubſtantia.

Tumque { Eſt *ſimplex* corpus, nec compoſitum ex diſſentaneis:
vt cœli, & quatuor elementa.
Vel *mixtum*: vt animal, arbor, lapis.

Digitized by Google

ARTICVLVS POSTERIOR.

De cauſſis, de natura, & naturali.

Quoſnam cauſſarum modos Phyſicus ad demonſtrandum habet?

Omnes, n. finem, opificem, materiam & formam.

Sed à *fine* & à *materia* potiſſimę *neceſſitatum* ſeu demonſtrationum repetuntur in h. in. hęc ita fiunt, ita ſunt.
Quia talem ad vſum inſtituuntur.
Quia ex materia tali.

Forma eſt *finis*, in quem terminatur generatio.

Materia & forma ſubſtantialis ſunt naturæ.

Res eadem, vt anima equi, forma lapidis,
Eſt finis, forma, & opifex.

Quot modis res feruntur ad finem?

2. { *vi*, vt ſagitta ad ſcopum.
Sine vi { *ignorando* ipſum: vt lapis ad centrum.
noſcendo { tanquã *bonum* congruentem: vt ad leporem canis.
etiam tanquam *finem* & tanquam abſentem: vt ad ſanitatem æger.

Semperne natura aſſequitur finem?

Non ſemper, quia cauſſæ naturales ſe interturbant, frigore impediuntur vites.

Quid monſtrum et excurſus naturæ?

Latè quoduis peccatum eius.

Propriè opus naturæ, quod inſigniter degenerauit ab aſſueta ſuæ ſpeciei conſtitutione.

Quotuplex cauſſa efficiens naturalis?

Prima diuiſio.

Eſt { *Præcipua*: vt ſol, ignis,
Inſtrumentaria: vt calor ignis, lumen ſolis, manus, oculus.

Secunda diuiſio.

Eſt { *Publica, prima*, & vniuerſalis, vt ſol, luna.
Priuata, ſecunda, particularis: vt arbores, animantes.

Tertia diuiſio.

Eſt { *Interna*; vt quando aqua ſe refrigerat.
Externa: vt cùm aqua refrigerat manum.

Quarta diuiſio.

Vel per ſe cauſſat, vel per accidens tantum, vt caſus.

Digitized by Google

Quid cauſſa ſiue αὐτόματον?

Id quod per accidens facit, & præter intentionem, aliquid rarum: vt qui temere lædit.

De natura & naturali.

Quid phyſis?

φύσις. Phyſis, *y*, producto, eſt productio naturalis: vt germinatio.

Alioquin eſt natura.

Quid natura?

Vt exercitus.

Nunc mundus, *congerieſue* rerum naturalium.

Aut *exiſtentia*. p. cum quid dicitur eſſe in natura rerum.

Vt Imperator.

Nunc *natura naturans*, natura publica. p. poteſtas Dei ordinaria, per quam mundus adminiſtratur.

Nunc *natura priuata* & propria: vt natura humana, natura equi.

Quid hæc natura priuata?

Sæpe eſt tota eſſentia rei naturalis:

p. tota natura & eſſentia equi.

maxime quatenus eſt principium internum, aut motionis, & quietis.

Digitized by Google

Nunc autem eſt materia, vel forma ſubſtantialis.

Primarium & *ſubſtantiale* principium motus & quietis, eius rei in qua per ſe eſt.

Quotuplex hæc natura?

Duplex { *Materia* quæ eſt principium mutabilitatis: vt corpus equi. / *Forma ſubſtantialis*, quæ principium motiuitatis: vt anima equi. }

Quô tendit natura?

Ad *optima*, quia eſt optima, ſapientiſſima, ſaltem analogicè. perinde facit atque foret ſapientiſſima.

Si optimè ita, impoſſibile aliter, ſi ſpectetur naturæ conatus.

Natura nihil facit fruſtra.

Natura agit quia melius:

Ita, quia melius *ita*.

Quotuplex propenſio naturæ?

Eſt { Vna ad *priuatum* bonum: vt quando lapis ſponte deſcendit. / Altera ad *publicum*: vt quando aqua ſponte aſcendit, ne inanitas detur. }

Quotuplex naturæ conatus?

Vnus, perquem aſſequitur *prima*, ſiue optima: &c.

Digitized by Google

Duplex { vt quando naſcitur integer homo.

Alter, per quem *ſecunda*, cum non poteſt prima,&c. vt quando fœtus eſt mutilatus,

Quotuplex lex naturæ?

Eſt { Vna *abſoluta*, extra quam nihil, ſine miraculo.

Altera magis *ordinaria*, extra quam monſtra.

Quid præter naturam?

Quod euenit præter illius intentionem.

Quid contra naturam?

Quod euertit ipſam; aut illius aduerſatur inclinationi.

Quid ſecundum naturam, quid naturale?

Eſt { 1. corpus conſtans duabus naturis: vt Bucephalus, arbor.

2. quidquid ad ipſum eſt aliquo affectum modo. p. quod congenitum, natum nobiſcum.

quod ſpontaneum, vt dentes, flores:
cuius per naturam capaces ſumus.
quod amicum naturæ, & congruens.

Digitized by Google

Quo maximè nomine, natura actiua ſecernitur ab arte effectiua?

Hæc, mouet in eo, in quo *non eſt*: puta. in marmore.

Illa, vt forma ignis, anima equi.
tùm in eo *in quo non eſt*. p. in ligno.
tùm & maximè *in eo in quo eſt*.

Nonne ars naturam æmulatur?

Imitatur & æmulatur ars naturam:
tùm illam cui opitulatur, quam regit:
tùm & maximè naturam, quæ nulla vtatur arte, p. naturam arboris.

Sed *aſſequitur* magis in modo *operis*, quam in modo *operæ*.

Si ars facit plantas. p. areas cereas, facit ſimiles naturalibus quantum licet.

Sed non facit eodem modo.

Quod maximè æmulatur naturæ opus?

Illud potiſſimum quod fit per modum *localem*, & materiæ additamentum.

Puta,

Nidum & quidquid inſtar nidi.
Arbores, & alias plantas,
animantes.

Digitized by Google

CAPVT Poſterius.

De Principijs communiſſimis rerum naturalium.

ARTICVLVS PRIMVS.

De principio rei naturalis generatim.

Quid principium rei naturalis?

Eſt { Latè aliquid *primum*, vnde res naturalis: vt finis, opifex, materia, priuatio, &c.
Strictè aliquid *internum*, ac primum, vnde res naturalis, aut mutatio eius. }

Quotuplex hoc principium?

Eſt { Vel *certi*, non cuiuſuis corporis: vt cortex, caro, quatuor elementa.
Vel cuiuſuis corporis, & dicitur principium naturale per antonomaſiam. }

Quotuplex

Quotuplex principium mixtum?

Eſt { vel *apparentiæ* tantum principium: vt Thaleti raritas, & denſitas.
vel principium *veritatis* & τοῦ eſſe. }

Quomodo res naturales ſunt affectæ ſua ad principia?

Nihil ſunt præter principia ſua, ſaltem bene coagmentata.

Thaleti nihil ſunt præter aquam, & ſuccũ.

Quæ ſententiæ celebriores de communiſſimis principijs rerum naturalium?

Aut vnum ſtatuitur principium, aut multiplex.

Quid ſi vnum?

Eſt { Mutabile, vt aqua, aër, ignis.
Immutabile { Finitum: vt Parmenidi.
Infinitum: vt Meliſſo. } }

Iis vniuerſitas rerum eſt vna quędam natura immutabilis, licet mutari videatur.

Quid ſi multa cogitantur principia?

Sunt { Vel numero finita:
vt duo, tria, quatuor, decem.
vt nox & ſilentium, lux & tenebræ,

quatuor elementa, cum concordia.

Vel numero infinita & innumerabilia.

Idque { Tum pro tota rerum naturalium vniuerſitate.
Tum pro re quaque naturali.

tumque { Vel vnius omnia naturæ, & eſſentiæ : vt atomi Democriticæ, Plana geometrarum.
Vel diuerſæ vt ſimilaria Anaxagoræ.

ARTICVLVS II.

Sententiæ aliquomodo mathematicæ opinio Pythagoreorum.

Pythagoricis, quiduis numerus, aut quaſi numerus.

δεκὰς. Decas, maiorum numerorum parens.

Decas autē { vna malorum.n. par, infinitum, ſiniſtrum, &c.
altera bonorum.n.

Impar, finitum, dextrum, mas, atque quietum,
Rectum, quadratum, intellectus, lumen, & vnum.

Digitized by Google

Parens decadis { par tanquam materia.
impar tanquam forma. }

Monas vnitaſue paris impariſque principium.

Geometricè philoſophantium de rebus naturalibus,

Corpora naturalia componuntur ex *planis*, ſiue ſuperficiebus: vt libri ex folijs.

Platonis,

Forma, eſt tota eſſentia rei: vt anima equi.

Materia eſt illius hoſpitium, & receptaculum: dicitur non ens quia expers omnis characteris, & energiæ naturalis.

Chora regio, receptaculum. χώρα.

Magnum, quia creſcit in infinitum.

Paruum, quia decreſcit in infinitum.

Binarius, quia reſpondet binario: vt forma aliquo modo vnitati.

Eſt {
Pro vnitate, *ipſum bonum*, principium idearum.
Pro numero *idea*: vt *ipſe equus*, *ipſe calor.*
pro ratione numerali *idos*: vt equus, calor.
Pro harmonia, *Bucephalus* ſumptus pucrili iudicio. }

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Corpuſcula indiuiſibilia.

Opinio Democriti p. Leucipi.

In re naturali { *Inanitas*, vnde leuitas. / *Plenum*, vnde grauitas. }

Plenum componitur ex atomis.

Atomi ſunt corpuſcula, & ramenta indiuiſibilia (difficulter ſecabilia) diſcrepantia tantum magnitudine, figura & ſitu.

Opinio Anaxagoræ.

Similaria ſunt corpuſcula indiuiſibilia, ex quibus componitur res naturalis, ſed quæ ſint variæ ſpeciei & naturæ: vt ramenta aëris, ramenta auri, &c.

ὁμοιομέρεια. *Homiomeria*, eſt congeries ramentorum ſimilium. p. ramentorum ignis.

πανσπερμία *Panſpermia*, eſt congeries ſimilarium, & ramentorum cuiuſuis generis & naturæ, ſed in qua aliquid appareat. vt cœtus rametorum quæ in Bucepha.

χάος. *Chaos*, eſt congeries ſimilarium cuiuſuis generis, & in qua nihil appareat, quæ congeries erat ante conditum orbem.

Digitized by Google

Aſtructio ſententiæ eius.

Res non ſolet denominari ab eo quod eſt, ſed tantum ab eo quod *apparet* eſſe. 1.

Non quiduis apparet eſſe quiduis.

Ideo non quiduis dicitur quiduis.

Lapis e. g. non dicitur lignum.

Reuera tamen vnaquæque res eſt quid- 2.
uis, in ſe complectitur perfectiones cuiuſuis generis & naturæ, quod probandum.

Quando ex re vna, videtur aliquid fieri, 3.
&c.

tum { reuera fit
vel deliteſcebat illic, & ex deliteſcenti fit apparens. }

Porro ex re vna. p. ex hoc ligno, &c. videtur fieri natura cuiuſuis generis & ſpeciei. p. aër, ignis, triticum.

Nec tamen reuera inde efficitur, gignitur, quoniam nihil omnia efficitur, gignitur.

cùm ens non fiat { neque ex *ente.*
neque ex non *ente.* }

Quare in re vna cæteræ naturæ deliteſcũt.

Si deliteſcunt, aut per grandiores partes: 4.

Aut per indiuiduas & præ exiguitate ſenſum fugientes.

Digitized by Google

Non per grandiuſculas, quia apparerent, ergo per inſecabiles, indiuiſibiles, quæ appellantur *ſimilare, homiomeres.* ὁμοιομερῆς.

5. Quod autem deliteſcit præ exiguitate, vt in hocce ligno ignis, triticum, aër, &c. ſi quando apparet. p. dum comburitur, ignis neceſſe eſt grandeſcat,

vt grandeſcat { coniungendum cum ſimilibus. / ſeiungendum à diſſimilibus.

Ideo omnia videntur fieri per *congregationem* & *ſegregationem*, quæ ſunt localis motus.

vt occultetur { ſeiungendum à ſimilibus. / coniungendum cum diſſentaneis.

ARTICVLVS IIII.

Sententia Peripatetica.

Egentne principijs res naturales?

Egent, vt & artificioſæ. p. ſtatua, domus nauis, quia datur *compoſitio*, generatio, corruptio.

Omne compoſitum reſolubile.

Digitized by Google

Quot ſunt principia rei tum naturalis, tum artificioſæ?

Si compoſitio ſpectetur, ſunt duo tantum.

n. { *Materia*: vt marmor, corpus.
Forma, vt figura, anima.

Si mutatio, tria *Materia, forma, priuatio*.

Principia aëris { *Lucidi*, aër, lumen.
Luceſcentis tenebræ, aër, lumen,
Obtenebreſcentis, lumen, aër, tenebræ.

Rei quæ partim eſt aliquid, partim nihil,

Principia { partim ſunt aliquid,
partim nihil, vt priuatio.

Cur mutatio materia eget?

Quia nihil fit naturaliter ex nihilo: naturaliter nihil reſoluitur in nihilum.

Quid materia rei naturalis?

Principium, quod eſt omnino primum in naturali mutatione, aut ſaltem in compoſitione:

vt materia huiuſce ligni.

Hæc autem eſt ſubſtantia quædam *incorruptibilis*, ſed rudis, & in eſſentia ſua expers omnium perfectionum naturalium, vt ad omnes opportuna, omniumque cupida.

Digitized by Google

ὕλη. *Quomodo vocatur?*

Id ex quo primo, corpus, hyle, materia, ſubiectum.

Qui materiæ ſtatus?

Prima dicitur & pura, quando in ſe ſpectatur, ſecluſis per cogitationem omnibus formis & energijs.

Signata, quatenus cum certa extenſione, eadem nunc maior, nunc minor.

Secunda, quatenus cum diſpoſitionibus neceſſarijs, ad formæ ſubſtantialis admiſſionem.

Nonne reuera datur materia, pura et infecta?

Apud artifices datur. p. ſtamnum rude, &c.

In natura { Iudicio Thaletis &c. datur. / Ariſtoteli & reuera non datur. }

Deſtruitur vetus opus, vt conſtruatur nouum.

Quotuplex materia prima?

Eſt { Vna rerum *inferiorum*, ſiue elementarium: / Altera *cœleſtium*, quæ non habet pri-

uationem formæ ſubſtantialis.

Quid forma et energia naturalis?

Eſt perfectio quæ iuncta materie compoſitum facit.

Quotuplex?

Eſt *ſubſtantialis*, & per excellentiam dicitur forma, entelechia, vt anima equi. ἐντελέχεια.

Accidentaria, vt calor, frigus.

Quotuplex forma vnius eiuſdemque numero rei?

Accidentaria eſt multiplex, vt calor, frigus.

Subſtantialis fere creditur vna.

Quid priuatio naturalis?

Abſentia formæ naturalis à ſubiecto idoneo.

Quotuplex?

Diuiſio prior.

Remota: vt abſentia animæ à lapide.

Proxima: vt abſentia animæ à ſemine.

Poſterior.

Eſt { *Formæ nondum habitæ*: vt priuatio futuri ignis in hocce, ligno.
Formæ *iam habitæ*: vt priuatio animæ in cadauere. }

Quæ ſemel habita forma, non reſtituitur

Digitized by Google

eadem numero.

Pars poſterior.

De communioribus rerum naturalium affectionibus, mutationibus.

CAPVT Prius.

De collocatione, extenſione, penetratione, qualitatibus, &c.

ARTICVLVS I.

De collocatione, & extenſione.

Quot modis res duæ naturales collocantur?

Duobus, *intra ſe*, per penetrationem, eo modo quo lumen intra aërem.

Extra ſe, inuicem: vt vinum extra dolium.

Quot modis extra?

Vel *per continuationem*: vt duæ aëris partes.

Vel ſine continuatione *per diſcretionem*.

Idque { Siue ſint *contiguæ* & ſe tãgentes: vt dolium & vinum. / Siue *deinceps*, & conſequenter

poſitæ, ſine contiguitate: vt pollex & index.

Siue alio diſſitæ modo, vt Roma & Lutetia.

Quæ conſequenter poſita?

Ea inter quæ nihil intercedit eiuſdem generis: vt duæ arbores, quæ proximæ in eodem horto.

Quid extenſio, ſiue quantitas?

Id quo partes ſunt extra partes, aut poſt partes.

Quotuplex?

Eſt { *Diſcreta:* vt numerus, oratio. / *Continua*, quæ ea cuius partes connectuntur communi ſigno, ſiue termino. }

Quid terminus & ſignum continui?

Aliquid indiuiſibile cuius ope quantitas continuatur, terminatur, diuiditur, vt lineæ punctus.

Dicitur autem *Synechia*, continuatio, *dieræſis*, diuiſio, terminus. συνέχεια. διαίρεσις.

Quotuplex cogitatur continuum?

{ Vnum propriè *infinitum*, quod complectatur partes æquales, innumerabiles.

Duplex { p. innumerabiles dies, pedes, vlnas.
Alterum *finitum*, vt linea bipedalis, menſis, dies, iugerum.

Quot ſunt genera partium in finita quantitate?

Sunt { *Quædam æquales* minimeque communicantes: vt duo pedes, duo dies.
& iſtæ nunquam ſunt innumerabiles.
Quædam *communicantes*: vt pars dimidia, tertia, quarta, quinta, & ſic deinceps in infinitum.

Quia continuum diuidi poteſt in infinitum.

Quotuplex continua quantitas?

Eſt { *Permanens*, & dicitur *magnitudo.*
Vel *ſucceßiua*: vt tempus, motus.

Quid magnitudo?

Quantitas, quæ tum continua, tum permanens.

Quotuplex?

Eſt { Vna externa, quæ dicitur locus.
Altera interna, quæ conſtituitur triplex.

Digitized by Google

Nempe,

Linea, quæ eſt longitudo ſine latitudine & continuatur puncto, terminaturque.




Superficies, quæ dicitur planum, eſt longitudo cùm latitudine, & lineam pro termino habet.



Corpus quod dicitur *ſolidum*, moles, trina dimenſio,

eſt longitudo cum latitudine, profunditate, terminaturque plano.



In mole tres ſunt dimenſiones, pro triplici perpendiculari linea: de qua re in Geometricis.

Digitized by Google

X

Quando conſiderantur ſimul, appellamus corpus, vt cubum, ſphæram.

Quando duas tantum ſimul menſuramus, eſt planum: vt iugerum.

Quando vnam tantum, dicitur linea: de qua re in mathematicis.

Quid locus?

Eſt { Nunc inſtar vaſis, & eſt externa ſuperficies, quæ rem ambit: vt dolij venter.
Nunc ſpatium, quod occupatur à locato corpore, & relinqueretur omnino inane, ſi diſcedenti nihil ſuccederet. }

Quid inane, ſiue vacuum?

Inane quod ſimpliciter & omnino inane, eſt locus expers cuiuſuis *corporis*.

Inanitatem porro generis huius natura deteſtatur.

Inane quod ſecundum quid inane, eſt locus expers certi *corporis*, non cuiuſuis tamen.

Maxime ſi ſit expers cõſueti, & ſenſibilis:

Digitized by Google

vt crumena inanis, inane dolium.

Quid tempus?

Eſt arithmus, ſiue numerus, mẽſura, & duratio motus ſucceſſiui, ſecundum partes priores ac poſteriores.

Id terminatur momento, quod vocatur inſtans, & τὸ nunc.

Quid motus?

Alibi ſumitur pro mutatione, idque variè: Hic pro ſucceſſiua extenſione mutationum, quæ ſit alia à tempore.

Huius generis extenſio per quam deambulatio coextenditur deambulacro.

Quotuplex locus?

Sumitur { Vel purus & qualitatum expers vocaturque *mathematicus.* Vel cum qualitatibus, & appellatur *phyſicus*: vt locus ſalubris, inſalubris. }

Cauſatne tempus?

Tempus *per ſe* nihil facit (quantitas non agit) per *accidens*, &c. per aliud facit.

Quando cauſſa effectus alicuius naturalis ignoratur, quod fiat ſenſim, imperceptibiliter, ſolet aſcribi tempori, & loco.

Ideo tempus dicitur potius cauſſa *oblivio-*

Digitized by Google

nis quam *memoriæ*, corruptionis quam generationis.

ARTICVLVS I.

De intenſione & penetratione.

Quid intra?

Eſt { Minus propriè, quod in aliquo eo modo quo in dolio vinum.
Propriè, quod eo modo quo in ferro calor, in aëre lumen. }

Quid intenſio?

Intenſio, eſt cum gradus vnus poſitus intra alium per penetrationem, maxime autem ſi ſint eiuſdem ſpeciei, & naturæ.

Quid penetratio?

Penetratio eſt cum vnum ponitur intra aliud.

Quotuplex penetratio?

Eſt { Vna *per ceſsionem*: vt penetratio cunei.
Altera *ſine* ceſſione, cum duo vel plura ſunt propriè intra ſe inuicem. }

Quotuplex hæc?

{ Prior per quam vnum eſt intra alterum, itaut numquam fuerit extra

Duplex } rit extra: vt calor intra ferrum, & hæc naturæ eſt familiaris.
Poſterior per quam vnum ingreditur alterum, extra quod erat.

Quæ naturę eſt impoſſibilis in corporum negotio.

ARTICVLVS III.

De qualitatibus & relationibus.

Quæ qualitates communiſſimæ in rebus naturalibus?

Figura, potentia naturalis, ſenſibilis affectio, raritas, denſitas, opacitas, perſpicuitas, impetus, &c.

De quibus varijs in locis per occaſionem.

Quid figura?

Eſt { Nunc qualitas quartæ ſpeciei: quæ immediate fluit ex concurſu terminorum magnitudinis: vt figura cubica, vultus.
Aliquando quantitas tali qualitate prædita, vt cubus, globus.

Quid denſum & rarum?

Denſum quod *multum* materię habet, parum magnitudinis; vt aurum, plumbum.

Digitized by Google

Rarum, quod contra: vt ignis, aër, aqua.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De alijs categorijs.

Eſtne aliquid relationis in quouis naturali corpore?

Eſt, quia inuenitur *magis*, vel minus, vel æquale.
Simile eſt, vel diſſimile.
Agit, vel patitur.

Quando. *Quid rem naturalem eſſe in tempore?*

Eſt contineri in tempore, tanquam in menſura, itaut à tempore patiatur.

Vbi. *Quid τὸ vbi?*

Eſt rem contineri in loco, maximè ſi à loco patiatur.

Quæ ratio ſitus in rebus naturalibus aduertenda?

Eſt { Vna quæ æſtimetur *ex tota* rerum vniuerſitate: vt quando terra dicitur infra, & cœlum ſuprà.
Altera quæ ex *re vna* particulari: vt quando caput dicitur pars hominis ſuperior. }

Quot modis corpus vnum naturale aliud tangit?

Duobus p. { Per *ſuppoſiti* contactum, vt lebetem ignis, ſtatuam baſis.
Per *virtutem*, contactumue virtutis: vt ſol ceram. }

Quid actio naturalis?

Propriè eſt *alteratiua* operatio, vt calefacere.

Generatim eſt operatio rei naturalis, vt proijcere.

Quotuplex actio naturalis?

Eſt { immanẽs / tranſiens } { intentionalis / realis } de qua re alibi.

Quotuplex naturalis paßio?

Eſt { *Vna imaginaria*: cum paries dicitur videri.
Altera vera & *realis*, vt cum lignum dicitur calefieri. }

Quid reactio, quid repaßio?

Reagere, eſt cũ quod patitur, viciſſim agit in illud à quo patitur: vt aqua in ferrum candens.

Repati, eſt cum quod agit, viciſſim patitur.

Digitized by Google

Quid reſiſtentia?

Reſiſtere eſt ſe, vel aliud conſeruare, omnino, vel ſecũdum quid ab aliena actione, impreſſione.

CAPVT POSTERIVS.

De naturali mutatione & quiete.

ARTICVLVS I.

De toto genere.

Quid mutatio naturalis?

Eſt { Aliquando mutatio, quę neutiquam violenta;
Nunc mutatio rei corporalis, quę fit naturæ viribus citra miraculum. }

Quot modis dicitur?

Actiuè, & eſt mutare, mouere.
Paſſiuè, & eſt mutari, moueri.

Quæ maximè illic conſiderantur?

Motiuum, mobile, terminus, quies extenſio, oppoſitio & varietas.

Digitized by Google

De *motore ſiue mutatore, mutatiuo.*

Motiuum, eſt quod mutare poteſt: vt calefacere, frigefacere.

Id tale eſt *actu*, quale eſt *poteſtate* quod mutabile.

Mouet per ſe, per partem, per aliud.

Mouet { Vel itaut moueatur ipſum. / Vel itaut non moueatur, & dicitur primus motor.

Sane { Aliquid mouetur, non mouet: vt materia prima. / Aliquid mouet & mouetur: vt ſol, manus. / Deueniēdum eſt ad aliquid quod moueat, nec moueatur:

Cuius generis eſt *Deus.*

In natura rerum nihil mutat *remotum*, niſi *proximum* mutet aliquo modo.

Obiectio.

Sol emollit ceram non emolliendo cœlum, aerem. Ergo agit in remotum aliquid, non agendo in proximum.

Reſponſio.

D. { Non agendo eodem modo quo in remotum. C. / Non agendo vllo modo. N. nam illuſtrat aërem.

Digitized by Google

De mutabili.

Mutabile quidquid mutari poteſt.

Illic { Vna propenſio ad motionem. p. ad calefactionem. / Altera ad motionis terminum. p. ad calorem. }

Quid terminus mutationis?

Id vnde incipit mutatio, vel in quod deſinit.

Quotuplex?

Prima diuiſio.

Eſt { Vnus terminus *à quo*: vt tenebræ, vnde fit lumen. / Alter terminus *ad quem*, & appellatur *terminus* mutationis, antonomaſticè, vt lumen. }

Secunda diuiſio.

Eſt { *Poſitiuus* : vt calor, frigus, τὸ vbi, &c. / *Priuatiuus*: vt cœcitas, tenebræ. }

Tertia, & quarta diuiſio.

Eſt { proximus / remotus } { externus, vt locus. / internus, vt τὸ vbi. }

Quinta diuiſio.

Intendi poteſt, vt calor, lumen.

Vel non poteſt, vt anima, ſubſtantia, quantitas.

Digitized by Google

Quid immutabilitas?

Aliquando eſt priuatio mutabilitatis.

Aliquando priuatio mutationis, & dicitur quies.

Quid quies?

Eſt { Propriiſſime priuatio localis motionis.
Propriè priuatio mutationis ſucceſſiuæ.
Generatim priuatio mutationis. }

Idque { Siue ſit ceſſatio à motu actiuo: vt quies artificis. *Non mouere.*
Siue à paſſiuo: vt materiæ quies. *Non moueri.* }

Quotuplex quies?

Eſt { Vna in termino à quo: vt quies lapidis in ſuperiori loco.
Altera eſt in termino ad quem. p. in centro. }

Quomodo opponuntur mutationes?

Mutatio opponitur priuatiuè quieti, ſed quieti in termino à quo, potius quam quieti in termino ad quem.

Opponitur aliquando contrariè, ſed mutationi alteri: vt calefactio frigefactioni.

Digitized by Google

Quotuplex mutatio?

Eſt { momentanea, ſucceſſiua } { naturalis, violenta }

Item { æquabilis, inæquabilis } { corruptiua, productiua }

Item { primaria, ſecundaria } &c.

Primaria: vt generatio, corruptio, incrementum, & decrementum, alteratio, & mutatio loci.

Secundaria, & primariæ appendix: vt figuratio, aſſimilatio, &c.

Qui motuum primus et cōmuniſſimus?

Localis, vt localium conuerſio, ſiue motus in orbem.

Quid ſtatus motus inæquabilis?

Id in quo ſumma illius virtus, & energia: vt principium proiectionis, finis lapſus ſpontanei.

ARTICVLVS II.

De motu ſucceſſiuo.

Quinam motus ſucceſſiuus?

Ille qui fit continenter & paulatim: vt

Digitized by Google


volutatio, deambulatio.

Quotuplex illic obſeruanda eſt extenſio?

Prima per quam motus *coextenditur* ſubiecto: p. globo, ferro.

Secunda per quam ſucceſſiuè *durat*. p. per horam.

Tertia, quæ eſt propria, dicitur tamen quantitatis categoria *motus*,



Quid motus in negotio quantitatis?

Eſt extenſio continua & ſucceſſiua, per quam mutatio reſpondet termino intenſo, vel extenſo, qui paulatim acquiratur.

Quotuplex eſt?

Eſt { Vnus cui reſpondet *extenſus* terminus effectuſue: p. per quem primus caloris gradus prius admittitur in A. quam primus in B. & primus in B. quam primus in C. &c.

Alter cui reſpondet *intenſus* effectus vt intenſus calor, intenſum frigus, intenſæ tenebræ: p. ille per quem pri-

mus caloris gradus prius admittitur in A. quam ſecundus in A. & ſecundus quam tertius.

a| b| c| d| e| f| g| h| i|

Quid terminus in negotio motus ſucceſsiui?

D. Quatenus cenſetur inter *mutationes*, eſt *id à quo*, vel *id ad quod*.

Quatenus inter continuas, & ſucceſſiuas quantitates, eſt *ſignum* indiuiſibile cuius opera continuatur, terminatur.

κίνη- Quo nomine dicitur *Synechia*, motus, diæ-
μα. reſis, motus, *Cinema*, τὸ mutatum eſſe.

Mutatio quomodo diſtinguitur à termino in quem deſinit?

Diſtinguitur vt *modus* à re. p. calefactio à calore qui producitur.

ARTICVLVS III.

Quid motus localis?

Progreſſio ab vno *vbi* ad aliud, à loco ad locum.

Vbinam quod mouetur?

Partim eſt in termino *à quo*: partim in ter-

mino *ad quem.*

Sed termini accipiendi proximi.

τὸ eſſe vltimum vnius rei coniungitur cum primo non eſſe alterius, &c.

Quotuplex motor localiſue m[illegible]r?

Eſt *præcipuus*: vt equus.

Vel *inſtrumentarius.*

Hic
- *ſubſtantialis*: vt manus, muſculus,
- *accidentarius*
  - durabilis, vt *grauitas.*
  - vel non, vt *impetus.*

Quid hic impetus?

Qualitas parum durabilis, quæ à motore locali imprimitur rei, ad localis motus procurationem, aut continuationem.

Cuius generis quæ imprimitur telo à proiectore, quæ aeri & ferro, à magnete Theamede.

Poteſt ne duplex motus localis vni eidemque corpori ſimul conuenire?

Si *à motricibus* cauſſis repetatur diſtinctio, & vnitas motus, poteſt:


Sin
- à ſubiecto quod mouetur
- à ſpatio per quod mouetur,


non poteſt.

Nam res { vt non exiſtit / ita non mouetur } in duobus locis ſimul.

Si quid conſtituatur in quadrati angulo, duplicique & æquali impetu, & virtute impellatur ad duplex latus, per neutrum feretur, ſed per diametrum.

Vt nauis, quæ trahitur ab vtraque fluuij ripa.





Quotuplex motus localis?

Prima diuiſio.

Fit { Aut *momento* temporis, & per naturam corporibus neutiquam conuenit, ſed conuenit humanæ animæ: de qua re alibi.
Aut *paulatim*, tractuque temporis: vt deambulatio. }

Secunda diuiſio.

Aut per eum acquiritur locus, puta per rarefactionem.

Aut deperditur. p. per condenſationem.

Aut acquiritur ſimul, & deperditur. puta per antimetaſtaſin deambulationem, &c.

Tertia diuiſio.

Aut eſt coniunctus cum incremento vel decremento.

cum { Incremēto, vt dū { taur⁹ creſcit, pingueſcit, ignis rareſcit }
decremēto, vt dū { taurus macreſcit. aqua condenſatur. } }

Aut non, vt deambulatio, proiectio.

Quarta diuiſio.

Vnus quo res mouetur à ſeipſa.

Alter quo ab alio mouetur: vt currus ab equo.

Digitized by Google

Quodnam corpus mouetur à ſe?

Ariſtoteli *viuens*: vt arbor, herba, animal.

Vbi { membrum mouet : vt muſculus.
membrum mouetur: vt os , caro.

Vulgo quoduis corpus, quod moueatur à propria forma, & facultate ſua naturali, vt grauia, leuia, &c.

Quinta diuiſio.

Eſt naturalis , violentus, indifferens.

Sexta diuiſio.

Naturalis, volentus, mixtus , vt cum progredimur.

Quinam violentus ?

Latè, qui fit eo quod mouetur non annitenti: vt aëris in orbem agitatio.

Propriè qui renitenti : vt dum ſuſtollitur lapis.

Quotuplex violentus ?

Vel cum reflexione eſt : vt quando pila è pauimento reſilit.

Vel ſine reflexione, & dicitur *directus*.

Tum,

Aut cum ſuppoſiti *contactu* procuratur: vt vehere, trahere.

Aut ſine illo. p. tractio ferri à magnete: Quanquam dubitatur ſitne naturalis.

Digitized by Google


Quot ſeſe modis promouere res vna nititur?

duobus { Aut cum nixu, ſed citra motionem: vt ſtatua baſi impoſita.
Aut cum nixu, vnde oriatur motio.

Tum { In *vnam* tantum agitur partem: vt graue, leue: vt arcus tenſus.
Vel *in omnes* partes ſimul, ſaltem quantum licet per impedimenta, idque dupliciter.

Quia,

Quaſi à centro fertur ad peripheriam: vt quod rareſcit: aut quaſi à peripheria ad centrum, vt quod condenſatur.



Septima diuiſio.

Ab aperta qualitate oritur motus. p. grauitate.

Vel *ab occulta*, vt per magnetis facultatem.

Octaua diuiſio.

Ab vna prodit motrice facultate, aut à duabus, aut à pluribus.

Quæ motrices facultates?

Quot modis pellere nituntur?

Aut ambæ impelluntur verſus eundem terminum, per eandem viam, & fit concitatior motus, aut ſaltem mixtus.

Aut in terminos oppoſitos.

tum { Si ſunt æquales, non fit motus.
Si inæquales, præualet validior, tardatur tamen. }

Aut denique neque in partes eaſdem, neque in plane oppoſitas.

Quo tempore ſi fit motus fit celerior, ſed medius & quaſi per diametrum.

Nona diuiſio.

Eſt { Motus aut *conuerſio*, ſiue motus in orbem: vt motus cœli.
Aut non, vt *volutari*, trahi, ambulare. }

Per conuerſionem globus manet in ſuo loco, licet omnia quæ ſunt in ipſo agitentur, præter centrum quod quieſcit.

Quomodo


Digitized by Google

Quomodo mouetur radius & diameter circa centrum quieſcens?

Mouetur ita ut quô pars remotior à centro, eô feratur concitatiùs.

Vt quô remotiori parti applicatur motiua virtus, eô maiori impellat energia, atque impetu.

Vt quantô eſt vicinior centro, tantô ſit minor illius energia.





Digitized by Google

TRACTATVS

SECVNDVS,

De mundo, ſimplici corpore, & mixto.

Sectio prior,

De mundo, elemento, & mixto.

CAPVT I.

De Mundo.

Quid mundus?

Compages ordinata, quæ ex cœlo, terra, & corporibus interiectis coagmentata.

Propter quid mundus?

Finis { Mundi totius, Deus.
Aliarum mundi partium, homo.

Digitized by Google

Opifex deus etiam Ariſtoteli: exemplar in diuina mente.

Principium ex quo { Non chaos æternum. Sed materia quæ vnà cum mundo procreata, vel paulo ante.

Forma ſubſtantialis { multiplex, particularis, priuata: Nulla, quæ ſit anima mundi, per quam mundus ſit vnum animal.

Factuſne aliquando mundus?

Ariſtoteli eſt æternus, factus tamen à Deo, ſed æternus ab æterno: vt æternus filius genitus ab æterno patre.
Verè non ſemper fuit, aliquando eſt creatus à Deo, à quo & conſeruatur.

Quæ figura mundi?

Eadem quę cæli extimi, ſiue ſupremi.

Multiplexne mundus?

Multiplex { Empedocli: vt phœnix. Democrito: vt equus multiplex.

Vnus { Ariſtoteli, ita ut multiplex non poſſit eſſe. Reuera, ita vt poſſit.

Digitized by Google

Quid intermundia Epicuri?

Spatia inter mundos, vbi ab ipſo ſtatuitur Deus.

Quæ partes mundi?

Aliæ non ſunt de integritate mundi: vt figuratarum multæ.

Aliæ ſunt de integra eius perfectione.

Idque { Ratione indiuidui: vt hic ſol. / Vel tantum ratione ſpeciei: vt equi, homines. }

Quæ ratio durationis?

Ariſtoteli ſempiternus mundus.

vt { Æternus Deus. / Apud veteres æterna materia, æternum Chaos. }

Empedocli æternus, ſed non niſi phœnicis more.

Democrito æternus: vt Ariſtoteli equus, homo.

Vere hic mundus aliquando deſinet, ſed ita vt reſtent quinque elementa.

Quæritur ſitne ſponte deſiturus.

Argumenta recens conditi mundi varia: Puta,

Montes & valles, quę opplentur in

dies, prolapſus, & degeneratio rerum caducarum, &c.

CAPVT II

De ſimplici corpore.

Quid elementum?

Aliquando & fuſiſſimè id quod ita eſt vnum, vt ſit paſſiuè vtile ad multa: Vt materia prima, neruus, cortex, &c.

Nunc { Generatim eſt ſimplex corp⁹, vt quando cœlum dicitur quintum elementum, quinteſſentia, eſſentia ſimplex. | Propriè eſt ſimplex corpus, vnde aliud corpus diuerſæ naturæ componitur componiue poſſit. }

Quid ſimplex corpus?

Eſt corpus primum, ſiue illud, quod non componitur ex corporibus diſſentaneæ naturæ.

Quotuplex ſimplex corpus?

Eſt { Vel tãtum ſecundum quid ſimplex: vt apud medicos medicamentum ſimplex. | Vel abſolute & omnino ſimplex }

Digitized by Google

corpus, & tunc non componitur ex corporibus diſſentaneę naturæ, vt aër, ignis.

Licet componatur { Ex materia & forma.
Ex partibus integrantibus.

Quotuplex quod omnino ſimplex?

Prior diuiſio.

Eſt { Elementare & corruptibile: vt aër, ignis, &c.
Vel cæleſte, & incorruptibile: vt cœlum lunæ.

Poſterior.

Per naturam incapax localis motionis: vt empyreum cœlum.

Vel mobile { circa centrum & cœleſte.
à centro & leue.
ad centrum, & graue.

Quotuplex motus localis ſimplici corpori conuenire poteſt?

Per ſe vnus tantum.

Per ſe & per aliud multiplex.

Eſt autem rectus vel circularis, qui per naturam congruit ſimplicibus corporibus.

Digitized by Google

CAPVT III.

De Cœlo.

ARTICVLVS PRIOR.

De ipſo, & de partibus eius.

Quid vranus & cœlum? ὁ οὐρα-νός.

Eſt { Aliquando mundus, vel aër, vel ſupremus orbis.
Nunc corpus ſimplex illud, quod eſt incorruptibile, & per naturam in orbem agitabile, niſi ſit minimè capax localis motionis.

Quæ principia cœli?

Materia, quæ forte eſt diuerſæ ſpeciei à noſtrate.

Et forma, ſiue energia ſubſtantialis.

Quotuplex hæc?

Vna eſt *informans* per quam cœlum eſt cœlum, lucet, influit.

Forſan & altera eſt, quæ ſit *aſsiſtens*.

Quid aſſiſtens forma?

Eſt ſubſtantia ſpiritalis, quæ naturaliter in

Digitized by Google

aliquo conſtituta corpore, non tamen vt illi largiatur formaliter *τὸ eſſe*, ſed tantum vt efficaciter *τὸ moueri*: vt Angelus, qui fundatur per ſtelliferum cœlum, vt anima per corpus ad illius motionem procurandam.

Per quid cœlum agit in inferiora?

1. Per lumen. p. quando ſol illuſtrat terras.
2. Per impetum & motum. p. cùm cœlum in orbem agit mare, & ſuperiorem regionem aëris.
3. Forſan per *vim occultam*, quæ appellatur *influentia*, principium influentiæ.

Quæ partes cœli?

Quædam ſunt tranſparentes, inſtar cryſtalli.

Quædam ſunt opacæ, vt quæ vocantur ſtellæ.

Quid ſtella, quid ſydus?

Sydus eſt congeries ſtellarum: vt ſcorpius, capricornus.

Stella eſt inſtar vnius gemmæ in cœlo collucentis: vt luna, mercurius.

Quotuplices ſtellæ?

Aut *fixæ* appellantur & ſunt ſitæ in firmamento, ſemperque æqualiter à ſe inuicem diſtant.

Digitized by Google

Aut *errantes*, erraticæ, & dicuntur planetæ.

Planetæ, nunc propius, nunc longius à ſe inuicem diſtant, & à ſtellis fixis.

Qui planetæ nobis ſunt conſpicui?

Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter, Saturnus.

☾ ☿ ♀ ☼ ♂ ♃ ♄

ARTICVLVS POSTERIOR.

Cœlorum numerus, & motus.

Eſt-ne aliquis cœli motus localis?

Empyrei, quod eſt ſupremum, nullus conſtituitur.

(Stabilia ingenia regionũ terræ, à ſtabili cauſſa prodire debuerunt.

India mittit ébur, &c.)

Reliquorum cœlorum eſt aliquis motus, qui dicitur *conuerſio*, motus in orbem:

Cur creditur cœlum ferri, & moueri in orbem?

Quando mouetur, quod alicui rei eſt infixum, & illa mouetur.

Ex. gr. dum mouetur clauus, mouetur rota.

Porro { Stellæ mouentur: vt Sol, Luna, Mercurius.
Et ſunt cœlo infixæ: vt nodus in ligno. }

Ergo cœlum mouetur, & in orbem agitur, &c.

Unde coniicimus moueri ſtellas?

Quando aliquid videtur *moueri*, motumue eſſe:

Aut ipſum re vera mouetur: vt equus currens:

Aut mouetur medium cuius interuentu cernitur;

vt nubes per quam Luna videtur agitari, ſpeculum quod agitatur.

Omninoue creditur quieſcere aliquid quod reuera mouetur. p. equus, nauis.

Aut oculus alio modo male eſt affectus: vt in ebriis.

Atqui Sol, Luna, & aliæ ſtellæ videntur nobis mutare locum, aut mutaſſe ſaltē.

Non ideo tamen oculus malè eſt affectus.

Non ideo agitatur aliquid quod quieſcere credatur.

Ergo reuera mouentur.

Digitized by Google

Cur creduntur ſtellæ cœlo infixæ?

Cœlum creditur eſſe non liquidum corpus, & permeabile: vt aqua, ignis, aër.

Sed ſolidum, inſtar æris, aut cryſtalli.

Ei ſtellę sũt infixę: vt phyſiologia probat.

1. Quia niſi ſunt cœlo infixę, agitantur per cœlum à ſeipſis, vt per aërem aues.

Non aguntur autem in huncce modum,

Quoniã non habent alas, pennas, aliaue generis eius inſtrumenta.

In cœlo non cogitãda vera anomalia, irregularitas, & defatigatio.

2. Quia videtur eſſe idem iudicium de planetis, quod de ſtellis firmamenti.

Hæ autem creduntur hærere firmamẽto.

Quoniã ſic conuertuntur & in orbem agitantur: non vt ſtella quò maior, eo feratur concitatius.

Sed vt quô remotior à polo, cô maiori circulo conuerſio illius contineatur.

Quid mouet cœlum, quomodo mouet?

Mouet *æquabili* & vniformi nixu.

Alioquin foret obnoxium defatigationi, corruptioni.

Ex duplici æquabili nixu poteſt-ne prodire motus inæquabilis?

Poteſt, vt quando aliquis vniformiter de-

Digitized by Google

ambulat per nauim, quæ ſecundo fluuio vniformiter feratur.

Quotuplex motus vni cœleſti corpori poteſt conuenire?

Per ſe, & à ſe, ſeu ab ipſo cœlo non niſi vnicus:

Quia cœlum eſt corpus ſimplex.

Partim per ſe, partim per aliud, multiplex conuenire poteſt.

Quæ præcipua fundamēta multiplicitatis, tum motus, tū orbium cœleſtium?

Fundamentum vnum à ſenſu, alterum ab intellectu.

Fundamentum à ſenſu.

In cœlo *apparet* anomalia, & irregularitas, & talis irregularitas.

Quia apparet nunc vicinior terræ, nunc remotior à terra.

Mercurius videtur progredi, ſtare, retrogredi.

Sol 187. diebus videtur cōficere vnum ſemicirculum ſui annui itineris, ſiue Zodiaci. n. Borealem: & alterum 178. diebus cum quadrante.

Fundamentum ab intellectu.

In cœlo nulla eſt anomalia, irregularitas, *nixus.*

Digitized by Google

Non eſt ponendus ſimplex motus qui ſit irregularis:

Quia alioquin foret obnoxium corruptioni, &c.

Vni corpori ſimplici non conuenit per ſe & à ſe, niſi vnicus ſimplex motus.

Stellæ ſunt cœlo infixæ: de qua re ſupra.

Motus irregularis componi poteſt è duplici regulari.

Itaque non inuoluit irregularitatem & defatigationem motricis facultatis.

Vnde conijcis orbicularem eſſe ſtellarum motum?

Ex circulis quos deſcribunt ſtellæ, quæ prope Borealem Polum.

Et ex eo quod ſtella ſic mouetur, vt ſemper appareat æqualis, &c.

Quot aſtruuntur in cœlum motus, & quot orbes?

Tot aſtruendi quot ſunt neceſſarij, vt ſeruentur duo fundamenta.

Vt retineatur *apparēs* irregularitas cum vera regularitate.

Quæ dicitur machina cœleſtis, non eſt vnum continuum corpus, ſed coaluit ex multis orbibus contiguis.


Digitized by Google

Orbium quot illic genera?

Sunt *homocentrici* ſiue concentrici, qui pro centro habent terram, quæ centrum mundi.

Excentrici { Omnino, vt B. / Secundum quid, vt qui atro colore hic repræſentantur, nec ſunt vniformes.

Epicycli vt A.



Qui ſunt principes cœli?

1. Occurrunt 7. pro planetis.
2. Et ſupra illos firmamentum, ſiue ſtelliferum cœlum.

Digitized by Google

3. Primum mobile cùm appendicib[us].
4. Empyræum cœlum.

Qui motus orbium cæleſtium?

Cœli illius, quod dicitur *primum mobile*, vnicus eſt motus, is vocatur *raptus*: *motus raptus* fit ab ortu in occaſum.

Fere viginti quatuor horis vnam abſoluit conuerſionem.

Impellit quidquid eſt in cœlo orbium inferiorum.

Subſequentis duplex motus:

Vnus à ſe, alter à primo mobili.

Æquius moueri inferiora à ſuperioribus quam contra.

Cæterorum inferiorum eſt multiplex.

CAPVT IIII.

De Elementis.

Quid proprie elementum?

Eſt ſimplex corpus, ex quo mixtum componi poteſt, & in quod diſſolui.

Quot modis conſiderandum eſt?

Conſideratur primo, vt eſt ſimplex corpus & extra mixtum.

Digitized by Google

2. vt eſt mixti elementum & primordium.

Vnde petitur diuiſio elementorum?

A *motricibus* qualitatibus, quæ ſunt *leuitas*, *grauitas*, & à primis qualitatibus, quæ antonomaſtice appellantur *alteratiuæ*.

Quarum { Duæ actiuæ: n. calor, frigus. / Duæ paſſiuæ. n. humor, ſiccitas. }

Sed { Vnus calor dicitur *formalis*, vt qui in igni. / Alter *virtualis*: vt lumen, calor piperis. }

Hic autem non tam calor, quam caloris productiuitas.

Quæ ſunt elementa?

Ignis, qui *calidiſsimus*, ſiccus, leuiſſimus.
Aer, qui *humidiſsimus*, calidus, leuis.
Aqua, quæ *frigidiſsima*, humida, grauis.
Terra, quæ *ſicciſsima*, frigida, grauiſſima.

Porrò ex terra & aqua fit vnus ingens globus, qui dicitur ſitus in medio mundi, & nihilominus eſt inſtar puncti, ſi cum cœlo conferatur.

Quomodo habent duo elementa dum inter ſe conferuntur?

Symbola dicuntur, ſi communem habent aliquam

Digitized by Google

aliquam è primis qualitatibus:
vt ignis & aër, aër & aqua, &c.
Aſſymbola, ſi nullam:
vt ignis & aqua, aër & terra.

SECTIO POSTERIOR.

De præcipuis mutationum generibus, deque negotio Sphæræ actiuitatis.

CAPVT PRIVS.

De quinque mutationum naturalium generibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Generatione & Corruptione naturali.

Quid geneſis, ſiue generatio?

1. eſt productio quæuis.
2. productio per quam amittitur nomen, vt cum fit ſtatua.
3. progreſſio à priuatione ad habitum, vt illuſtratio.

4. et propriè naturalis productio ſubſtantiæ, vt inflammatio.

Qui ſcopus generationis?

Proximus, eſt forma ſubſtantialis, quæ procreatur: vt anima equi.

Remotus & pręcipuus, *compoſitum*, vt equus ignis.

Vbi recipitur forma ſubſtantialis?

Excitatur & ſuſcipitur in materia, ſed diſpoſita.

Quanta requiritur diſpoſitio in materia ad ſuſceptionem formæ ſubſtantialis?

Mediocris, non ſumma & tanta quanta requiritur ad perfectum ſtatum rei naturalis.

Quia forma ſubſtantialis, vbi eſt producta, abſoluit diſpoſitionem.

Neque viuens, neque ignis, neque quicquam aliud corpus occurrit, quod gignatur cum apparatu diſpoſitionum ſibi congruentiſſimo.

Quæ appendix generationis?

Abſolutio diſpoſitionum, productio facultatum, p. facultatis hinniendi.

Conſtitutio rei in idoneo loco.

Digitized by Google

Quotuplex generatio?

Eſt { totalis / partialis } { vniuoca / æquiuoca } { abſoluta / ſecundũ }

Quid interitus ſiue corruptio? quid.

Corruptio dicitur totidem modis, quot generatio.

Proprie eſt progreſſio naturalis à ſubſtantia, ad non ſubſtantiam:

Vt ab equo ad non equum.

Eſt { Violenta: vt quando aliquis interficitur. / Fatalis & naturalis: vt quando præ ſenectute morimur. }

Quid reſolutio in materiam primam?

Quando forma ſubſtantialis perit: vt anima equi, forma ligni, forma lapidis.

Aut digreditur: vt anima noſtra quæ eſt immortalis.

Nonnulli putant vna concidere, & perire omnia vetera accidentia, quæ nec hęrebant.p.figuram, frigus, calorem, ſiccitatem, &c.

Ita vt materia relinquatur nuda, & prima, licet eodem temporis momento & imperceptibiliter, reparentur accidentia.

Hoc vero appellant reſolutionem, *in materiam primam.*

Digitized by Google

Poteſtne fieri paulatim generatio?

Poteſt ſi ſpectetur *extenſus* terminus; prior pars ligni prius, inflammatur, quam poſterior.

Sin autem *intenſus* terminus, non poteſt, quia ſubſtantia non intenditur.

In quercu { Datur anima prope animam, & extra animam. Non datur anima intra animam, eo modo quo lumen intra lumen.

Quotuplex corruptio?

Vna fit ſine putrefactione: vt quando extinguitur ignis.

Altera cum putrefactione, n. quando calor proprius & naturalis conſiſtens in humore & humida ſubſtantia, corrumpitur, labefactatur ab extrario calore, qui conſiſtit in re ambienti.

Digitized by Google

ARTICVLVS. II.

De Incremento & Decremento.

Quid crementum ſiue accretio?

Progreſſio à minori quantitate ad maiorem.

Quotuplex accretio?

Eſt { Vna *comparata*, & habita ratione alterius rei.
Altera *abſoluta*, & habita ratione rei quæ dicitur incrementum capere.

Res { Abſolute creſcit, cum efficitur maior ſeipſa:
vt quando arbores creſcunt.
Comparatè, quando ſine ſui mutatione fit maior altera, quia hæc decreuit:

Vt quando ex duabus lineis æqualibus vna creuiſſe dicitur, quia de altera eſt amputatum aliquid.

Quotuplex abſolutum incrementum?

Eſt molis & magnitudinis.

Vel alterius rei.p.numeri, temporis, motionis.

Digitized by Google

Quot modis acquiritur moles?

Duobus { Cum materiæ adiectione: vt quando creſcunt plantæ, animantes.
Sine materiæ adiectione per rarefactionem, vt quando res igneſcens dilatatur. }

Empedocli decuplo denſior terra, quam aqua, ex vna menſura terræ fiunt decem aquæ, centum aëris, & mille ignis.

Quid decrementum?

Progreſſio à maiori quantitate ad minorem.

ARTICVLVS III.

De Alteratione.

Quid alteratio?

Generatim mutatio qualitatis aut etiam accidentis alterius, vt mutatio morum.

Propriè mutatio qualitatis, quæ ſit tertiæ ſpeciei: vt dealbatio, frigefactio.

Propriiſſimè mutatio qualitatis primæ: vt calefactio, humectatio.

Digitized by Google

Cuius rei mutatio dicitur mutatio (paſſiuè)?

Dicitur { Generatio, generatio eius rei quę fit, & non erat: calefactio eſt generatio caloris quæ efficitur.
Mutatio eius rei quæ erat. p. ſubiecti; calefactio eſt mutatio ligni. }

Alteratio debet-ne appellari geneſis an mutatio?

Et geneſis & mutatio poteſt appellari, ſed diuerſa comparatione.

Calefactio { Eſt mutatio ligni & qualitatis.
Eſt generatio & procreatio caloris. }

Quotuplex alteratio?

Eſt { Perfectiua / corruptiua } { momentanea, vt illuſtratio. / ſucceſſiua, vt calefactio. }

Digitized by Google

CAPVT Poſterius.

De Sphæra actiuitatis & adiunctis.

ARTICVLVS I.

De modis naturalis operationis.

Quot modis operatur res naturalis?

Prima diuiſio.

Aut per operationem nihil producit, efficit: vt cum imaginationem nullus ſequitur effectus.

Aut producit procreatue aliquid: vt calorem per calefactionem, domum per ædificationem.

Secunda diuiſio.

Agit { Immanenter, vt dum cognoſcimus, appetimus.
Vel tranſeunter, & tunc effectum in alio producit, impreſſionem facit in materia aliena: vt quando ignis producit calorem in aëre, in aqua. }

Tertia diuiſio.

Vel ita agit & operatur, vt non exerat

vim ſuam extra locum vbi eſt, quando iamiam eſt actura: vt cum ſeipſum frigefacit ferrum.

Vel ita vt contrà exerat.

tùm { Aut quieſcendo localiter diffundit ſuam virtutẽ, vt calor, magnes.
Aut non quieſcit localiter, ſed mouetur, moueri debet vt agat.

Idque { Siue plus loci capiat quam obtinebat antea: vt quando ignis ſponte rareſcit.
Siue minus: vt quando aqua ſpõte denſatur.
Siue tantumdem per antimetaſtaſim: vt graue, leue, arcus tenſus; & conſimilia.

Quot modis ſeſe res naturalis promouet, promouereue nititur?

Aut in vnam tantum partem. vt pondus, leuitas.

Aut in omnes partes ſimul.

Idque { Quaſi à centro ad peripheriam, circumferentiam: vt quod ſponte rareſcit.
Vel contra quaſi à peripheria ad centrum: vt quod ſponte condenſatur.

ARTICVLVS II.

De gradu naturali, deque naturali radio.

Quid gradus naturalis?

Eſt { Nunc certa portio rei naturalis *quanta*, aut *quota*: vt octaua pars caloris ſummi, &c.
Nunc minimum naturale. }

Quid minimum naturale?

Eſt { Nunc minima rei naturalis portio, quæ ſeorſim procreari, aut ſeorſim conſiſtere poſſit in natura rerum: vt in negotio *mixtionis*: de quo lib. ſequenti.
Aliquando minima earum, quæ ſentiri poſſunt: vt minimum foramen, quod ſit aſpectabile. }

Daturne minimum naturale?

Datur, quoniã datur ſterile lumen, ſterilis calor, & *Sphæra* actiuitatis.

Nequit dari homo qui ſit minor milleſima parte grani hordeaci.

Quotuplex minimum naturale?

Eſt { *Subſtantiale*: vt minimus homo, minimum marmor, minima aqua.
Vel *accidentarium*: vt minimum lumen, &c. }

Quod minimum naturale, idne minimum abſolutè?

Non neceſſariò: quia poteſtas Dei abſoluta eſt maior, quam naturalis & ordinaria.

Quid linea naturalis?

Eſt alicuius rei naturalis propagatio, aut extenſio ſecundum longitudinem.

Extenſio gradus naturalis ſecundum longitudinem.

Porro { Vt gradus naturalis non neceſſario eſt punctus geometricus, & expers cuiuſuis quantitatis:
Ita non neceſſario linea naturalis } caret quauis geometrica latitudine.

Quarum linearum natura eſt amans?

Natura breuitatis & vniformitatis eſt amans.

Ideo *recta, & circulari* delectatur linea.

Digitized by Google

Quid radius naturalis?

Eſt { Latè, quæuis naturalis linea: vt ſi promotio teli proiecti appellatur linea.
Propriè, illa quæ à centro, aut quaſi centro, tendit ad circumferentiam: vt ſpontaneus ponderis lapſus. ſpontaneus rei aſcenſus. linea luminis à ſole excurrentis. virtus à magnete cuibrata in longitunem.

Quotuplex radius naturalis?

Prima diuiſio.

procreatur { Vnus momento: vt exemp. gratia, radius luminis à ſole profluentis. radius qui appellatur opticus; de quo lib. ſeq.
Alter paulatim: vt radius caloris, ſoni, &c.

Secunda diuiſio.

Eſt { Momentaneus: vt radius illuminationis.
Vel ſucceſſiuus: vt radius calefactionis, frigefactionis.
Vel permanẽs: vt radius caloris, frigoris, &c.

Digitized by Google

Tertia diuiſio.

Aut nihil agit, vt quantitas in longitudinem porrecta.

Aut agit aliquid & molitur, efficit.

Tum { Aut agit tantum ſecundum *longitudinem*: vt radius opticus; de quo alibi. Aut etiam ad latus licet validius ſecundum longitudinem quam ad latus: vt radius luminis tranſmiſſus per foramen. }

Quarta diuiſio.

Eſt { Spontaneus: vt ponderis lapſus. Vel violentus: vt violenta proiectio teli. }

Quinta diuiſio.

Tendit { A centro aut quaſi centro ad circumferentiam: vt ſpontaneus aſcenſus, & proiectio luminoſi radij. Vel à peripheria & circumferentia ad centrum: vt ſpontaneus ponderis lapſus. }

Sed in repercuſſione & obicis occurſu obex & impedimentum habetur pro centro.

Digitized by Google

Quotuplex maxime centrum obſeruandum?

Centrum terræ, centrum actiuitatis, & obex.
Conſulatur articulus ſequens.

ARTICVLVS III.

De procurſu, obice, & antiperiſtaſi.

Quotuplex procurſus et emiſſio naturalis?

Eſt
- Vna vera procurſio, aut emiſſio, quæ eſt verus localis motus:
  - vt riui à fonte emiſſio.
  - fumi à re odorata.
  - teli à manu.
- Altera tãtum apparens, non autem verus localis motus:
  - vt emiſſio luminis à ſole, caloris ab igni.

Etenim lumen ſolis non vere emittitur ad nos per digreſſionem à ſole:
Sed illud manens in ſole procreat aliud in vicino corpore, perque iſtud aliud in remotiori, & ſic deinceps.

Digitized by Google

Quot modis procurſus impeditur?

Aut omnino impeditur, aut ſecundum quid tantum.

Præterea,

Aut ipſe propriè impeditur.
Aut tantum, illius vniformitas.

Quid impedit procurſum corporis?

Tum *corpus* aliud: vt paries, fluuius.
Tum qualitas, & affectio: vt cum radii ſolis impediunt aſcenſum fumi, magnetis virtus impedit deſcenſum ferri, remoræ virtus nauigationem.

Quid procurſionem qualitatis & affectionis?

Et corpus: vt ſpeculum, paries, tuba.
Et qualitas aut affectio: vt cum lumen impedit ſonum, & frigus calorem cohibet per antiperiſtaſim.

Quid antiperiſtaſis ſiue circumobſiſtentia?

Antiperiſtaſis generatim, quando vnum ab alio obſidetur omnino, vel aliqua ex parte: vt ab aëre proiectus lapis.

Eſt
- Propriè, cum vnum ita obſidetur ab alio, vt propterea inualeſcat.
  p. quando calor vegetior fit, quia pari tibus concluditur, obſidetur.
- Propriiſſimè, quādo aliquid aduerſaria vi, vt frigore calor, ſic obſidetur, vt inualeſcat, & ſeſe recipiat in locum tutiorem.

Hinc hyeme fontes calent, æſtate frigent.

ARTICVLVS IIII.

De radiorum reflexione, infractione.

Quot modis pergit radius à principio ſuæ originis?

Habet
- Aliquando *ſtatum*, non in principio ſuæ originis: vt ſpontaneus ponderis lapſus.
- Aliquando in principio: vt radij prodeuntes à *centro* actiuitatis.
- Aliquando in medio, vt procurſus animalis.

Item.

Item,

Vel ita pergit vt non offendat obicem, aut aliquid quo amittatur illius rectitudo & vniformitas.

Vel amittit rectitudinem aut ſaltem vniformitatem, per occurſum *obicis*, aut rei interturbantis.

Quo tempore quomodo habet?

Vel *reſilit* nec perſuadit quod occurſat, & fit *reflexio*, reſultus.

vt cum { à pauimento pila reſilit.
à ſpeculo lumen. }

Incidentia autem & reflexio fiunt per æquales angulos.



Vel perſuadit quod occurſat licet amittendo vniformitatem.

vt cum lumen incidit per aërem in vitrũ.


Tum,

Si incidit perpendiculariter non amittit *rectitudinem*, ſed vniformitatem.


Idque { ſiue fiat tenuior & imbecillior, quam alioquin futurus erat.
ſiue craſſior & validior. }


Niſi incidit perpendiculariter, amittit etiam rectitudinem.


Idque
- Siue recedat à perpendiculari & diuaricentur crura anguli à duobus facti, faciendiue radijs, et fit *fractio*, radius dicitur fractus.



- Siue accedat ad perpendicularē. Tumque fit *refractio* & crura contra habent.








Quando occurſu denſioris corporis radius infringitur, ſitne refractio, an fractio?

In procurſu corporis. p. teli per aerem in aquam incidentis neutiquam perpendiculariter, videtur fieri fractio & receſſus à perpendiculari.



At in procurſu rerum opticarum & ſimilium rerum fit refractio.




Cur per reflexionem, & refractionem inualeſcit qualitas?

Quia quæ qualitas futura erat extenſa, fit intenſa.

Digitized by Google

Quidquid luminis futurum erat in A, B. ſi neutiquam occurriſſet obex, id continetur in C, D, quæ pro obice refle-ctenti.



Quod lumen futurum erat in B. C. D. ſi neutiquam occurriſſet obex refringẽs, id ope refractionis inuenitur & collocatur in B.




ARTICVLVS V. & VLTIMVS.

De Sphæra actiuitatis.

Quot modis res naturalis in orbem agit?

Duobus. n. ſeipſum promouendo: vt fit per refractionem.
Tumque datur ſphæra & peripheria rarefactionis: etenim quod rareſcit æquabiliter extenditur in omnem partem, ratione nixus nec tamen in infinitum.
Ideo terminos habet ab omni parte, eoſque æquabiliter diſtantes à quantitate, quæ amplificatur, & eſt pro centro, vt ſi corpus A rareſcat vſque ad B.

Digitized by Google



Aut quieſcendo localiter, vt quando in orbem propagatur lumen, ſonus, calor, vis magnetis, &c.

Tumque occurrit quod dicitur *Sphæra actiuitatis.*

Cur?

Quia res naturalis extra ſe orbiculatiter agit, non agit in infinitum.

Ideo ſunt termini vltra quos vim ſuam exerere nequit.

agit autem, conaturue agere æquabiliter in omnem partem, quia non eſt potior ratio, &c.

Ergo termini ęquabiliter diſtant à re quæ operatur in omnem partem.


Propterea ſphæram, ſiue orbem dicuntur comprehendere aut terminare.

Quid maxime conſiderandum in ſphæra actiuitatis?

Ipſa, peripheria eius, centrum, radius, radij modus, fœcunditas, gradus, degeneratio, & ſterilitas: caſtitas, ſobolis amor, obex, repercuſſio, &c.

Quomodo repræſentamus ſphæram actiuitatis?

Repræſentamus circulo. p. in h. m.



Quid pro centro?

Id quod agit in orbem: vt ſol, lucerna, magnes.

Quid pro radio?

Productio & propagatio graduum, ſecũdum longitudinem à centro ad circunferentiam.

Quæ radiorum differentiæ præcipuæ?

Aut impeditur radius, nec excurrit vni-

Digitized by Google

formiter vſque ad extremitatem, & peripheriam ſphæræ actiuitatis.

Aut non impeditur & excurrit illuc.

Quæ ratio non impediti radij?

Prima propoſitio.

Quod agit, & eſt pro cētro, vt lucerna procreat primum & proximum gradum radioſi effectus:

Is ſecundum, licet centri auctoritate, & quaſi auſpiciis:

Secundus tertium, tertius quartum, &c.

Secunda propoſitio.

Deterior gradus ſecundus primo, tertius ſecundo, & ſic deinceps.

Non in infinitum tamen, ſed donec veniatur ad *ſterilem* gradum.

Tertia propoſitio.

Non ſi gradus vehementius agit, ideo etiam, commodius, congruentius commenſuratius ad *ſenſionem* excitandam. p. viſionem.

Quarta propoſitio.

Agit { Aut in *longitudinem* tantum radius, vt qui nominatur *opticus*, de quo poſtea.
Aut ſaltem validius ad longitudinem quam ad latus:

vt radius luminis, radius ſoni.

Quinta propoſitio.

Vt grauia non nituntur ſurſum, niſi per reflexionem:

Non ſentis onus & pondus ſuppoſitum pedi:

Ita *radius*, qui prodit à cẽtro ſphęræ actiuitatis, nullo modo *nititur*, & agit verſus *centrum*, originem, & parentem niſi repercutiatur, reflectatur.

Quem *affectum* poſſis appellare naturæ *caſtitatem*.

Quid abſurdi eueniret ſi res aliter haberet?

Tantum luminis à lucernula prodiret quãtum à ſole: etenim, ſi tertius gradus in ſecundum ageret, & ſecundus in primum, primus inualeſceret, & vbi inualuiſſet, confirmaret amplificaretque tum ſecundum, tum tertium, &c.

Per quam confirmationem, hi rurſus & quidem validius in parentem agerent.

Sexta propoſitio.

Natura *ſobolis* amantior videtur quam caſtitatis.

Ideo ſi agens naturale offendit obicem, repercutitur radius, & agit verſus originem & parentem.

Digitized by Google

Septima.

Radius repercuſſus, & reflexus non nititur verſus punctum à quo ſit reflexio, et inchoatur.

Quinam in radio ſterilis gradus?

Qui alium eiuſdem naturæ procreare nequit cùm alij poſſint, vt ſterile ſemen, ſterilis calor.

Huius generis eſt gradus, qui conſtitutus in periphe ia actiuitatis.

Quæ valde degenerant ſterilia fiunt.

Niſi daretur ſterilis gradus, non daretur ſphæra actiuitatis, quiuis gradus alium produceret.

Digitized by Google

TRACTATVS
TERTIVS,
De Corporibus mixtis.

CAPVT I.
De mixto, & mixto inanimato.
ARTICVLVS I.
De mixtione & mixto.

Quid migma?

Migma ſiue mixtum id quod producitur mixtione.

Quid miſcibile?

Id quod miſceri poteſt: vt aurum, argentum, ſimplex medicamentum, &c.

Quid commiſcibile?

Id quod cum altero ita miſceri poteſt, vt efficiatur res vna.

Digitized by Google

Non quidquid miſcibile, id cum quouis miſceri poteſt.

aurum
- Commiſcibile, ſi cum argento conferatur.
- Non commiſcibile, ſi cum oleo.

Quid mixtio & mixis?

Sumitur
- Nunc pro motu, per quem res miſcentur.
- Nunc pro effectu, vnde poſt ceſſationem motus res appellatur mixta.

Quid hoc ſenſu?

Eſt
- Propriè *vnio* variorum corporum, per minima naturalia, ita procurata, vt neque planè *pereant*, neque planè maneant.
- Generatim quæuis & quouis facta modo coaceruatio rerum. p. tritici hordei, pulueris, &c.

Eſt
- Accidentium
- Subſtantiarum

  - Sine penetratione
  - Cum penetratione.

Item
- Ad ſenſum
- Non ad ſenſum

  - ſine alteratione
  - cum alteratione, &c.

Quotuplex mixtio ſpeciatim dicta?

Eſt { Vna rerum aliarum ab elementis, vt in pharmacis compoſitis.
Altera elementorum, vt in lapide, niue. }

Quotuplex mixtio elementaris?

Eſt { *Imperfectior*, ſi miſcentur tantum qualitates primæ, vt in niue, glacie.
Perfectior, quando etiam ſubſtantiales formæ quatuor elementorum aliquo modo retinentur, vt in lapide, quercu, &c. }

Quomodo retinentur?

Vel quia ipſę manent incolumes cum forma ſubſtantiali propria mixti.
vt ſint in lapide e. gr. quinque formæ ſubſtantiales.
n. energia lapidis, & formæ quatuor elementorum.
Vel quia, quæ naſcitur forma mixti, *virtute* continet formas elementorum. i. facit quod illæ facturæ erant, e. gr. conſeruat reſtauratque frigus, &c.

Digitized by Google

Quot ſunt virium genera in mixto corpore?

Prima diuiſio.

Sunt aliquæ ab elementis: vt calor, denſitas, &c.

Aliquæ à propria forma mixti, vt viſus, vis hinniendi, vis magnetis, &c.

Secunda diuiſio.

Quædam actiuæ, vt calor, frigus.

Quædam paſſiuæ, vnde variæ corporum differentiæ:

vt coctile, incoctile, exſiccabile, humectabile, concretile, mollificabile, denſatile, flexile, frangibile, friabile, tractile, ductile, viſcoſum, ſectile, fiſſile, impreſſile, formatile, preſſile, commaſſabile, liquabile, exhalabile, combuſtibile.

Tertia diuiſio.

Quædam *ſenſibiles*: vt calor, frigus, &c.

Quædam *inſenſibiles*, vt vis magnetis.

Monitum.

Quædam creduntur ſentiri, vt grauitas, leuitas, quæ vix magis ſentiuntur quam magnetis virtus.

Sentis impreſſionem factam à grauitate, tenſo arcu, & ſimilibus cauſis potius,

Digitized by Google

quam grauitatem.

Quarta diuiſio.

Quædam nominantur *apertæ*: vt calor.

Quædam *occultæ*, abditæ, ineffabiles, indemonſtrabiles. Quinta diuiſio.

Sunt totius ſpeciei: vt magnetis virtus.

Vel non, vt pſyllorum aduerſus ſerpentes virtus.

Quotuplex mixtum elementare?

Prima diuiſio.

Eſt { Imperfectè mixtum: vt nix, glacies. / Vel perfectè: vt arbores, lapides. }

Secunda diuiſio.

Diſſimiare, vt animal, planta.

Similare { ſiue ſit aqua, aut quid aqueum. / ſiue terra terreumue aliquid. / ſiue quiddam compoſitum ex aqua, & terra. }

A maiori parte fit denominatio.

Ex compoſitis quædam humida, quædam mollia, &c.

Ex liquidis { Quæ vaporem ex ſe fundunt, ea pertinēt ad aquā. / Quæ non, ea ad terram, vt ferrum. }

Vel ad terram & aquam, vt plumbum.

Vel ad aquam & aërem, vt oleum.

Digitized by Google

Quæ calore inſpiſſantur, ea mixta communia.

Tertia diuiſio.

Eſt { Animatum & viuens: vt animal, planta, fungus.
Vel inanime, inanimatum & expers vitæ.

tum { Vel imperfectè mixtum vt ex. gr. terrę impuriores, aër impurior. Quæ dicuntur corpora meteorologica, vt pluuia, fulmen, & affinia.
Vel perfectè mixtum vt ex. gr.

Metalla, quorũ materia eſt aqua terrea.

Lapides, velut gemma, marmor.

Media, corpora cuiuſmodi ſulphur, & argentum viuum.

Varia corpora, quę oriũtur ex viuentibus, cuiuſmodi ſunt panis, vinum, aridum lignum, cadauer animalis, &c.

ARTICVLVS II.

De totó genere rerum meteorologicarum.

Quid Meteora?

Sunt impreſſiones in ſublimi regione, vt pluuia

pluuia, fulmen, halo, iris, &c. aut quid affine; vt ros, gelu, pruina, terræ motus, &c.

Quæ materia rerũ meteorologicarum?

Galaxiæ lacteiue circuli eſt cœlum.

Fumi eſt terra, vel aqua.

Reliquarum impreſſionum quæ ſunt meteorologicæ & elementares *fumus* cum admixtis. p. cum impuriori aëre.

Vnde ſplendor lacteæ viæ?

A multis ſtellis, quę prę exiguitate fugiunt aſpectum, nec conſpiciuntur, niſi dioptrici organi ope.

Quid fumus?

Eſt ſubſtantia terrea, vel aquea quam calor tenuiorem, leuioremque fecerit.

Quotuplex fumus?

Vnus *aqueus*, qui dicitur *vapor*: vt fumus prodiens è feruenti aqua.

Alter *terrenus*, qui nominatur *halitus* & exhalatio: vt fumus qui prodit è ligno, dum comburitur.

Quotuplex meteorologica impreſſio?

Prima diuiſio.

Eſt { *Subſtantia*: vt fulmen, pluuia, nubes.
Vel *accidens*: vt tonitru, phaſma, iris.

Digitized by Google

Secunda diuiſio.

Eſt { *Ignita* ſiue accenſa & inflammata: vt fulmen.
Vel *lucens* ſine ignitione: vt iris, halo, parelius, &c.
Vel *neque lucens*, neque *ignita*: vt pluuia, ventus. }

Tertia diuiſio.

Prodit { à vapore: vt nix, pluuia, grando.
ab *exhalatione*: vt ventus, fulmen.
aliunde: vt fumus, galaxia. }

Unde illuſtratæ impreſſiones?

Partim ab halitu, partim à vapore, partim aliunde.

ARTICVLVS III.

De impreſſione ex halitu.

Quotuplex eſt?

Eſt { *Accenſa* cum exhalatio vertitur in ignem, potiſſimum per *antiperiſtaſim*.
Vel *illuſtrata* & non accenſa.
Vel neutra. }

Quæ primi generis?

1. *Subterranei* ignes, quibus præter halitum pro pabulo eſt ſulphur, bitumen, & conſimilia.




2. Impreſſiones quædam in *ima* regione aëris: vt ignis *fatuus*, caſtor, & pollux, helena, & ignis lambens.
3. Quædam in *media* regione aëris: vt *fulmen*, draco volans.
4. Quædam in *ſuprema* & ſupra regionem nubium.

Hæ { Non diuturnę: vt fax, trabs, pyramis, capra ſaltans.
Vel durabiliores: vt clypeus, cometa.

In cometa, ſiue in crinita ſtella duo,

ñ. { *Corpus* quod ſtella, aut quod ſimile ſtellæ.
Et *iubar* appenſum per refractionem radiorum ſolis.

Cometa licet à crinibus & coma appelletur, eſt triplex, crinitus, barbatus, caudatus.

Quæ ſecundi generis?

Phaſma colorue aëris, & hiatus, imagines in aëre. Area.


Halo, corona vaporoſa, quæ apparet ante ſtellam, aut circa ipſam. p. circa lunam propter *refractionem* radiorum: cuius generis inſignis ſuperiori æſtate conſpiciebatur.


Parelius, quaſi ad ſol, qui ſol conſpectus in aëre adiacenti tanquam in ſpeculo.

Paraſelene (ad luna) quæ luna ſimiliter conſpecta.

Irides quæ fiunt apud nos.


Iris ſiue arcus, qui cœleſtis dicitur, & in nube repercuſſione radiorum ſolis, aut lunæ, aut opera iridis alterius.





Digitized by Google

Virgæ ſeu columellæ, quæ iridi colore ſimiles, figura cylindro.



Quæ tertij generis?

Tonitru, ventus, *terræ-motus.*

ARTICVLVS VLT.

De aqua, & aqueis impreſſionibus.

Quotuplex aqua?

Eſt { Vna *mixta* perfectè, vt roſacea & cõſimiles.
Altera *ſimplex*, quæ eſt eſſentialiter elementum: vt fontana, paluſtris, fluuiatilis, putealis, marina, pluuia.

In marina *æſtus* cum ſalſugine.

Æſtus continetur, acceſſu, & receſſu.

Eſt diurnus, menſtruus, ſemeſtris.

Vnde aqua fluuiorum & fontium?

Eſt { Vna *extraordinaria*, quæ manifeſto prodit à pluuiis, & ſolutis niuibus.
Altera *ordinaria*. p. illa quæ in Sequa-

Digitized by Google

na æſtiuo tempore poſt diuturnam ſiccitatem.

Hæc { Ariſtoteli oritur à *vaporibus* concluſis intra terram.
Aliis à *mari*, etiam inferiori, per meatus ſubterraneos. }

Qui primariæ impreſſiones aqueæ?

Nubes cum nebula.

Caligo, quæ apud nos, quod nubes, nebulaque ſupra:

Et vapores qui intra terram.

Quæ ſecundariæ?

Quædam ſunt *accidentariæ*: vt iris, halo, columella.

Quædam *ſubſtantiales*, quæ intra terram, vt fontes & aquæ puteales, vel ſupra.

Quæ ſupra?

Pluuia cum rore, quando vapor in aquam vertitur ſine congelatione.

Nix cum *pruina*, cum nubes, aut caligo prius congelaſcit, quam vertatur in aquam.

Grando, cui apud nos reſpondet *gelu*, quando vapor ſoluitur in aquam, & deinde congelatur.

Congelatur autem ſæuitia frigoris potius, quam vi caloris, per antiperiſtaſim.

Monitum.

Ex rebus quæ fiunt apud nos iudicamus de aliis.

Ignis apud nos excitatur variis modis, ſine ope alterius ignis, maximè autem per attritionem, antiperiſtaſim, reflexionem, refractionem.

CAPVT Poſterius.

De mixtis animatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Anima & animato corpore.

Quid viuere propriè?

Aliquando præditum eſſe anima;
Nunc exercere munus vitalis facultatis, vt intelligere, &c.

Quod Corpus propriè viuit?

Stoicis nullum niſi præditum ſenſu.
Peripateticis quodcumque ſe mouere poteſt, etiam quando eſt in ſuo & naturali loco: vt animal, arbor, vua, &c.

Digitized by Google

Quot vitales facultates?

Quinque: *nutritiua, ſenſitiua, appetitiua, progreſsiua, & rationalis.*

Quot genera rerum animatarum?

Quatuor: quædam *vegetant* tantum: vt plantæ.

Quædam *vegetãt, ſentiunt, appetunt*: vt zoophyta.

Quædam *vegetant, ſentiunt, appetunt, progrediuntur*: vt ſerpentes, equi.

Quædam præterea *ratiocinantur*: vt Petrus, & Paulus.

Quot ſunt animæ genera?

Tres ſunt energiæ ſubſtantiales, quarum quæque nominatur anima, n.

Vegetans, ſentiens, rationalis.

Habetur prima ſine ſecunda, & hæc, ſine tertia, non contra.

Quid Anima?

Eſt forma ſubſtantialis per quam viuitur.

Entelechia prima, & ſubſtantialis corporis naturalis organici poteſtate proxima vitam obtinentis.

Quid corpus animatum?

Corpus naturale organicum poteſtate proxima viuens,

Digitized by Google

Quæ principes conditiones eius, ſi conſideretur integrum?

1. eſt diſſimilare aliquid.
2. Habet magnitudinis & paruitatis præſcriptos terminos.
3. conſtat certo genere *figuræ*, & ſitus.
4. certo & vario temperiei genere.

Ideo eſt ſanitatis, morbique capax.

5. intra ſe continet aliquid alienum & inanimatum, p. ſuccum, aërem, excrementa.
6. Nunquam oritur cum iuſta magnitudine.

Quid temperamentum?

Cætus quatuor primarum qualitatum.

ARTICVLVS II.

De anima vegetante?

Quid anima vegetans, ſeu nutritiua?

Eſt forma corporis naturalis organici, poteſtate obtinentis *nutritionem*.

Quæ facultates eius?

Quædam ſunt *communes*, cum rebus ina-

Digitized by Google

nimatis: vt calor, humor.

Quædam propriæ certæ alicuius ſpeciei, rei animatæ, vt pyri, quercus.

Quædam conueniunt reciprocè corpori viuenti, aut ſaltem perfectiori.

Quæ { Vel ſunt dominę & principes. / Vel miniſtræ famulæ ſubſeruientes: vt *attractrix*, retentrix, expultrix, & conſimiles.

Eſt { Attrahendum, & retinendum quod amicum: vt alimentum. / Pellendum quod noxium, vt excrementum.

Quæ principes & dominæ?

Nutritiua, per quam alimentum vertitur in ſubſtantiam rei viuentis, viuens generat ſui partem.

Auctrix, per quam aſſequitur iuſtam magnitudinem, & perditam reſtaurat.

Genitrix, quæ perfectiori tantum viuenti conuenit, per quam generat aliud ſimile ſibi, idque de ſuo largiendo *ſemen*, aut aliquid analogum.

In ſemine { Et *materia* ineſt, vnde ſoboles fiat. / Et vis formatrix, quæ fere inſidet partibus ſpirituoſis, & rarioribus.

Digitized by Google

ARTICULUS III.

De anima ſentiente & animali.

Quid animal?

Eſt corpus naturale viuens, & ſentiens.

Quid Anima ſentiens?

Energia ſubſtantialis corporis naturalis, poteſtate obtinentis ſenſionem.

Quid maximè conſiderandum in animali?

Res anatomica, generatio, & corruptio, mutatio, nutritio, vſus, virtus, locus, integumentum, viuacitas, odor, ſapor, color, virtus, incrementum, vox, ſpiratio, ſenſus, appetitus, progreſſus, docilitas, inſtinctus, ſexus, ſympathia, antipathia & conſimilia, cum eorumdem priuationibus.

Quotuplex animal?

Eſt { Perfectum / imperfectum } { ſanguineum / exſangue }.

Digitized by Google

item { Zoophytum · progreſſiuum } { inſectum · non inſectum.

Inſecti, vt muſcæ poſt diuiſionem viuere pars vtraque poteſt.

Eſt *aëreum*, terrenum, aquatile, amphibiũ.

ARTICVLVS IIII.

De Senſu.

Quid ſenſus?

Facultas critica & apprehẽſiua, quæ communis homini cum belluis.

Quæ hic maxime conſideranda?

Organum: vt oculus, auris.
Obiectum ſenſibile: vt color, ſapor.
Medium: vt aër per quem intuemur.
Senſio ipſa, ſiue τὸ ſentire, quod eſt partim pati ab obiecto, partim agere.
Imago rei obiectæ quæ vocatur ſpecies *ſenſibilis* ſenſitiua.
Differentiæ ſenſuum potiſſimum quæ communiores.

Eſt { acris · hebes } { exterior, vt viſus. · interior, vt phantaſia.

Digitized by Google

Quid imago ſpecieſue intentionalis?

Eſt ſignum quod facultati apprehenſiuæ repræſentat rem aliquam, quamuis illud non perſpiciatur, apprehendatur.

Quotuplex eſt?

Eſt { Vna *intelligibilis* dianoetica, & ſpiritalis pro mente: vt imago patris in filij mente. Altera *ſenſibilis* ſiue ſenſitiua pro ſenſu, eaque duplex.

n. { *Interior*, quæ dicitur *phantaſma*, vt imago leporis in memoria & phantaſia canis. *Exterior*, vt viſibilis ſiue optica, quæ inſeruit viſioni.

Audibilis, quæ inſeruit auditioni, &c.

Quid agere intentionaliter?

Eſt producere ſiue procreare imaginem *intentionalem*, potiſſimum autem pro exteriori ſenſu.

Ex. gr. producere leporis imaginem in aëre, in oculo, in phantaſia.

Porro agere *realiter* eſt agere alio modo.

Quomodo in ſenſum res incurrit?

Ex viſu iudicium fertur de aliis ſenſibus, quibus obiecta exteriora percipiuntur.

Digitized by Google

Quomodo res incurrit in aſpectum?

Vt luminoſa in omnem partem emittunt lumen, licet à cæcis non percipiatur:

Ita quoduis aſpectabile vt candor, viror, &c. emittit in omnem partem velut à centro actiuitatis, idque recta tantum etiam lateraliter agendo, & momento temporis non paulatim,

Qualitatem quandam quæ videri & ſentiri, nec debet, nec poteſt.

Quæ tamen quando eſt in oculo, habet vim repræſentandi, & faciendi viſionem.

Hæc nuncupatur *Species*, forma, & *imago optica*, viſibilis, viſiua.

Vt magnes emittit in omnes partes virtutem:

Quæ tamen non facit attractionem niſi in ferro.

Ita *color*, eiaculatur in omnem partem vim quandam & qualitatem:

Quæ tamen non facit viſionem in aëre, in vitro, ſed in oculo tantum.

Oportuit { 1. ipſam eſſe inuiſibilem paſſiuè.
2. propagari momento temporis.

Digitized by Google

3. non durare poſt amotionem cauſſæ.
4. non propagari lateraliter, ſed tantum ſecundum longitudinem.

Quot aſpicimus modis?

1. per *directum* radium, vt dum parietem intueris.
2. per *reflexum*, vt quando ope ſpeculi vulgaris.
3. per *infractum*, vt dum intuemur per ocularia.

Quot modis res agit intentionaliter?

Duobus: vel agit tantum intentionaliter: vt color dum producit imaginem ſui.
Vel etiam realiter, vt calor, frigus, ſonus.

Calor { Tum calorem alterum producit. Tum imaginem caloris, ſeu qualitatem, quæ non ſit calor, & nihilominus calorem repræſentet, poſſitque peruenire in memoriam.

Quotuplex ſenſus exterior?

Vel percipit *cominus*, vt tactus, guſtus.

Vel *eminus*, vt aſpectus, auditus, olfa-ctus.

Qui ſenſus interior?

Qui non percipit res præſentes, niſi alte-rius ſenſus interuentu.

Quotuplex?

Triplex: *ſenſus* communis per quem ſenti-mus nos ſentire.

hoc ſopito & quaſi vincto efficitur *ſom-nus.*

Phantaſia & æſtimatiua, cuius eſt iudicare res congruentes, excitare appetitũ, &c.

Et *memoria corporea:*

Quid inſtinctus?

Eſt vis quæ pro ratione tribuitur à natu-ra belluinæ phantaſiæ ad regimen vitæ, vt pronitas ad nidificandum, &c.

ARTICVLVS V.

De Appetitu, & vi motrice.

Monitum.

De appetitu loquimur in rudimentis aliis.

Quotuplex motus localis, qui ſit anima-lium proprius?

Vnus eſt *voluntarius* aut quaſi voluntarius, vt volare,

Digitized by Google

vt volare, ambulare.

Secundus eſt, *inuoluntarius*, vt pulſus cordis, & arteriarum.

Tertius *mixtus*, vt reſpiratio.

Qui motus fit impulſione cognitionis, ſolet appellari voluntarius.

Quid in eo maxime conſiderandum eſt?

1. Id quod mouetur, vt lingua, pes, manus,
2. Id quod mouet.
3. Id quo mouet, vt neruus, muſculus.

Quid mouet?

Remotè & præcipue obiectum, vt pabulum conſpectum.

proxime { Partim *phantaſia* cum mente in hominibus. Partim *appetitus*, vbi paſſiones. Partim facultas quædam impulſiua, quæ dicitur *motiua*.

Vt quę reſidet in pedibus, in manibus, &c.

Anſerculi quomodo ad aquam impelluntur?

Aqua mouet oculum per aërem.

Oculus phantaſiam percellit per communem ſenſum.

Phantaſia impellit appetitum, ad perſequendum.

Digitized by Google

Appetitus excitat vim motiuam, quæ reſidet in neruis, muſculis.

Hæc denique anſerculum propellit.

Sed auctoritas motionis penes obiectum.

ARTICVLVS VLT.

De Homine & anima rationali.

Quid homo?

Animal perfectum, terrenum, ſanguineum, bipes, implume, rationale, &c.

Quid Anima rationalis?

Sumitur { Nunc pro anima hominis quatenus eſt principium vegetandi, ſentiendi, ratiocinandi. Nunc pro ea ſed tantum quatenus eſt principium ratiocinandi. }

Tumque dicitur *animus, ratio*, mens, intellectus.

Eſt energia prima corporis naturalis organici rationalem vitam poteſtate obtinentis.

Quæ ſunt facultates animæ rationalis?

Sunt intellectus, voluntas, & memoria ra-

Digitized by Google

tionalis, de quibus alibi.

Quæ incrementi humani ratio?

Anima arborum & belluarum creſcit, per progenerationem noui gradus, dum materiæ acceſſione corpus adaugetur.

Anima hominis non creſcit, niſi ſpiritali more, qui explicatus in metaphyſicis. dum creſcit homo,

accretione { Alibi aliquid animæ progeneratur. In homine nihil, ſed duntaxat anima coniungitur cum materia recenti.

Decremento { Alibi perditur animæ pars aliqua. In homine nulla, ſed tantum partem materiæ anima informare deſinit.

Quando anima rationalis inducitur in alimoniam, inſinuatam & diſpoſitam, p. in A, glutinoſum ſanguinem.

Tum { Vel gignitur animæ particula. vel anima vetus deſerit veterem ſedem. p. B, vt occupet nouam. p. A. vel *rareſcit*, quo plus occupet ſpatij.

Digitized by Google

Vel { Tota manet in veteri ſede.
Et tota occupat nouam, idque momento. }

Atqui non accidit primum quia quotidie naſceretur anima noſtra.

Non ſecundum, quia nullum incrementum fieret.

Non tertium, quia quæ forma rareſcit, videtur eſſe corruptibilis.

Ergo quartum, anima: e.gr. manens tota in B, C, D, E, F, G, H, I, tota occupat, A.

Dum autem per decrementum anima noſtra deſinit informare aliquid materiæ,

Tum { Nec perit cum ſit immortalis.
nec retrograditur.
Nec condenſatur. }

Monitum.

Philoſophus debet paulatim aſſurgere ad cogitationem rerum inſenſibilium.

H	I	D
C	A	B
G	F	E

IOANNIS

CRASSOTII,

INSTITVTIO SEXTA

DE MATHEMATICA.

TRACTATVS DE METHODIS mathematicis.

PRÆFATIVNCVLA.

Mathematica tradenda propter dignitatem, vſum, amœnitatem.

Tradenda in ſcholis Philoſophorum, quoniam iampridem lex Platonis vſu abrogata. [*Nemo geometriæ imperitus, ingrediatur*]

Propter inſtitutionis puerilis vitium, & defectum. Sed adoleſcentes ad ſcholas Philoſophorum accedunt, verùm Mathematicarum imperiti, ac rudes.

Digitized by Google

Porro ſic videntur tradenda commodè, & ſine diſpendio ſcholæ philoſophicæ.

Si
- Primo non exhibeantur à ſcholaſtico præceptore, niſi compendia paulò vberiora.
- Secundo ſeligantur, quæ communiora, & ad vſus noſtros conducibiliora.

Si
- Tertio quæ plus *memoriæ*, quam *indicij* requirunt & acuminis, coniungantur cùm iis quæ contra minori egent *memoriæ* ope, *iudicij* maiore.
- Quarto depromatur aliunde aliquid cùm eſt opus: p. in opticis aliquid è phyſica, & geometria.
- Quinto quantum licet abſtineatur dictandi onere.
- Sexto connectantur dictanda cum non dictandis.
- Septimo præponatur præfatio, ſed breuis de diſciplinis mathematicis, fugiendum eſt autem dictandi onus.

Quia
- Hoc vbique eſt laborioſum.
- In mathematicis vt inſuauiſſimū, & perplexum: ita minus neceſſarium.

Etenim quando adiunt præſidia librorum, non dictamus niſi quia

Vel { Senſa noſtra diſcrepant, ab alienis. / Delectu vtendum arbitramur. / Priuato quodam ordine, & priuata ratione res ſumus tradituri. }

In mathematicis { Non deſunt præſidia librorum. / Rariora ſunt diſſidia ſententiarum: / Non pauci occurrunt, quorum delectus preceptori probari poſſit. / Nec magna eſt neceſſitas immutandi ordinem qui vſurpatur à ſcriptoribus. }

CAPVT I.

De toto genere mathematicarum, methodorum, & ſcientiarum.

Nomen.

ARTICVLVS I.

Quid, cur?

Mathematicis methodis nomen videtur

factum, quod,

Primo antequam doceretur philoſophia, erant communia mathemata ingenuorum.

2. Diſciplina & doctrina magis paratur, quam experientia, & tam fœliciter, vt diſcipulus, qui modo valeat memoria magiſtrum: onfeſtim æquet.

3. Diſciplina & doctrina ita egent vt ſine præceptoris ope vix ſint parabiles. Conſule ſermonem de origine inferius.

Notio.

Mathematica { Interdum ſola aſtrologia, ſed maxime illa quæ vocatur *iudiciaria*. Nunc eſt diſciplina & ſcientia, ac methodus, quæ occupatur circa *quantitatem*, ſed aliquomodo auellendo, abſtrahendoue ipſam à materia *ſenſibili* (omnis ſcientia auellit à ſingulari) ab affectionibus quæ ſunt propriè ſenſibiles, cuiuſmodi ſunt ſonus, odor, ſapor.

Origo.

Credibile eſt quaſi continua ſucceſſione à parentibus primis, mathematicas diſciplinas, ſaltem magna ex parte ad nos

Digitized by Google

vſque propagatas: quia vix quiſquam eſt ita ingenio ſus, & viuax, vt ſuo vnius martis diſciplinæ illius mathematicæ iacere fundamenta poſſit, ducereue primas veluti lineas, etiam adhibendo coëtaneorum & viuorum, qui diſciplinas calleant, opem.

Cauſſæ.

Finis, eſt notitia veri, & interdum hominum vſus.

Opifex, mens mathematici, cum Deo, præceprore, & obiecto.

Materia obiecta, quantitas, quæ complectatur multitudinem & magnitudinem, quas ſolas cum grauitate mortales metiuntur accuratè.

Sed quantitas quæ ſit aliquomodo auulſa à materia, aut ſaltem à materia ſenſibili: quantitas quatenus menſurabilis, diuiſibilis, & aliquomodo ſeparata [per cogitationem] ab affectionibus, quæ ſunt propriè ſenſibiles.

Obiectio.

Quantitas, & figura ſunt ſenſibile.

Reſponſio.

D. { Commune vt numerus, motus, quies, C.
Proprium vt ſonus, ſapor, &c. N.

Digitized by Google

Quotuplex forma & energia theoretica?

Eſt { *Metaphyſica*: vt Angelus. / *Phyſica*: vt cubus marmoreus. / *Mathematica*: vt cubus. }

Genus.

ARTICVLVS II.

Quomodo habent?

Methodi mathematicæ intellectu, & ſcientia conſtant, opinionem vix admittunt.

Cuiuſmodi hæ diſciplinæ?

1. Certæ ſunt, quia recedunt à mutatione inconſtanti.

2. Perſpicuę, { Seu apprehenſionem, / Seu diiudicationem } ſpectes.

3. ſunt { Iucundæ. / honeſtæ. / Vtiles. }

4. nulla eſt ita theoretica, vt non aliquid fundat vtilitatis.

Digitized by Google

5. ſunt quid [μαθητόν diſcibile] facile doctrina comprehenduntur, vix ſine doctrina.
6. experientia non egent, id eſt parum egent.
7. quaſi interijciuntur inter metaphyſicam & phyſicam.
8. Memoria plurimum egent ex magna parte, ideò à teneris annis inculcandę.
9. et fere magis quam phantaſia, & iudicio.
10. phantaſiaque magis quam iudicio.
11. Phyſicę, & metaphyſicę aliquomodo ſubijciuntur.
12. definitiones { Conſtruunt, / Vel mutuantur.
13. fine & bono non ducuntur, id eſt, non vtuntur demonſtrationibus à fine, tanquam fine repetitis, non hac formula: ſic *quia* melius, ſic quam aliter.
14. non vtuntur demonſtrationibus ab opifice repetitis.

Non eſt aſtronomo curę, quid moueat cœlum.

Non geometræ, quænam virtus erigat triangulum.

Digitized by Google

De effectione & conſtructione p. circuli trianguli, &c. Si quando loquuntur, non loquũtur, vt aperiant vim motiuã, & effectricem, ſed tantum vt modum & ordinem effectionis & operis.

Cur non multum egent experientia?

In omni diſciplina opus { Imaginatione, Apprehẽſione. ideoque Experientia.

In phyſicis, & politicis, vix ſpeciem vnam ex altera coniicere licet, probeque apprehendere. p. herbam vnam ex altera: ideoque multiplici obſeruatione, & experientia opus.

In mathematicis ex pauculis ſpeciebus, per imaginationem comprehenſis, facili negotio reliquæ comprehenduntur, abſtrahendo, complectendo.

Exempli gr. ex triangulo quadratum, & ſic deinceps:

Ex vno quadrato facilè apprehenduntur alij quadrati numeri.

Bis 2. faciunt 4. & ter trĩa faciunt 9. ſecundum quadratum, quater 4. faciunt 16. &c.

Digitized by Google

Vnde mathematica mutuatur ſua Principia?

Sua principia, theſes, & fundamenta mutuatur { à phyſiologo. & à metaphyſico.

Facit-ne definitiones?

Definitiones ponit, non facit.

Vtitur-ne accuratâ docendi ratione?

Tam accuratâ vtitur, vt quæ eſt accurata vocetur mathematica, geometrica.

Nonne phyſica facilior & certior, quam mathematica?

Secundum quid eſt, n. qua parte pendet hæc ab illa: plus certitudinis, & perſpicuitatis in principiis quam in concluſionibus.

Abſolute non eſt, quia illa eſt longe operoſior, &c.

Qualem oportet eſſe mathematici orationem?

Puram & ſine affectu, ex 3. Rhetoricorum.

Quare Epicurus mathemata dedocebat?

Quia non videntur vllam habere rationem boni, pulchri, mali.

Digitized by Google

Nullone modo conſiderationem de bono et pulchro mathematici inſtituunt?

Oſtendunt tum bonum, tum pulchrum, dum declarant opera.

In quibus { bonum & pulchrum } & rationes in quibus

Item { Pulchritudo. Commenſuratio. }

Sed non nominant nomine pulchri, & boni.

Obiectio.

Definitio eſt finis ex Ariſtotele:

Mathematici vtuntur definitionibus ad demonſtrandum, ergo vtuntur fine.

Reſponſio.

D.Prop. { Quatenus propter ipſum fit aliquid, C. Quatenus eſt eſſentia, & natura rei, N. }

Quatenus eſt finis, N.

Quatenus eſt eſſentia rei, & origo proprietatum, C.

Dignitas.

Dignitas hic magis à doctrinę charactère, quam ab argumento: à forma quam à materia.

Digitized by Google

Connexio cum philoſophia.

Philoſophiam iuuant mathematicæ artes: p. in abſtrahendo, commenſurando, eandem tamen corruperunt licet artificis, non artis vitio.

Pythagorici nimium arithmeticé philoſophati ſunt.

Quidam nimium geometrice.

Anaxagoras nimium aſtronomicè, dum voluit ęmulari duo fundamenta aſtronomiæ, in hunc modum.

Vt { in cœlo nulla eſt anomalia.
videtur tamen aliqua eſſe.

Ita { In natura rerum nulla eſt geneſis.
Videtur tamen aliqua eſſe.

Democritus ex corpuſculis cōflauit mundum, geometras imitatus.

Socrates naturalia corpora mathematicis ſimilia putauit.

Quædam Logica vocabula, quibus mathematici maximè vtuntur.

Theſis, quod ponitur, non probatur.

Hypotheſis, propoſitio, quæ ponitur, non probatur, omne totum maius eſt ſua parte, &c.

Petitio, ſeu poſtulatum, eſt oratio, per quam

Digitized by Google

volumus nobis licere, facere aliquid, quod omnium iudicio ſine abſurditate fieri poſſit.

Animi notiones, & communes notiones ſunt axiomata perſpicua citra probationem, maximè quando nihil poſtulatur.

Propoſitio, & concluſio demonſtranda.

Problema, propoſitio quę ad geneſim refertur. vt excitare triangulum ęquilaterum, &c.

Theorema, propoſitio quę ad geneſim non refertur; vt omnis triangulus habet tres angulos, ęquales duobus rectis.

ARTICVLVS III.

Quot genera Mathematicarum ſcientiarum?

Quotuplex?

Prima diuiſio.

Sunt { Integ' ę: vt optica, Geometria.
Vel mutilę & partiales:

vt e.g. { Algebra in arithmeticis.
Stereometria in geometria.
Dioptrica in negotio perſpectiuę.

Secunda

Secunda diuiſio.

ſunt { Theoreticę : vt arithmetica ſpeculatiua.
Practi ę , quę theoreticę ſoboles : vt practica arithmetica.

Tertia diuiſio.

Vel { Principes , quę quatuor: arithmetica, geometria, muſica, aſtronomia.
Secundarię , vt optica , geographia.

Quarta diuiſio.

Aut { Simpliciores & *puriores*, quę quantitatem ſic ſpeculantur , vt non applicent vlli certę materię, motioni, & affectioni , quę ſit propriè ſenſibilis. p. ſono aut colori.
Impuriores, & naturaliores, phyſiologiamue redolentes , quę contra habent.

Quotuplex purior mathematica?

Vel { *Numerum* contemplatur : vt arithmetica.
Magnitudinem: vt geometria.
Communia , numero & magnitudini.

Digitized by Google

Tum,

aut
- Cogitatur tanquam diſciplina quædam ſeparata tùm ab arithmetica, tum à geometria, & nomine caret:
  ſed appelletur ſanè cõmunis mathematica.
- Conſtituitur tanquam pars vna arithmeticæ, eaque prior.

Quid ita?

Quando genus habet duas ſpecies (pluresue.)

vt
- Subſtantia, ſpiritum, & corpus.
- Quantitas, numerum, & magnitudinem.
- Doctrina, ſcientiam, & opinionem:

Si vtraque quaſi familiam ducit, methodum & diſciplinam aliquam facit, ſolet tractatio generis coniungi cum tractatione ſpeciei ſimplicioris.

hinc
- Metaphyſicę partes duæ.
- Analytica prior & poſterior.
- Ethica, & monaſtica in vnam diſciplinam coëunt.

Quæ ſunt naturaliores mathematicæ?

Muſica ſiue harmonica, quæ *numerum* in-

Digitized by Google

tuetur, ſed cum ſono: & numerum cum numero confert.

Optica quæ *magnitudines*, ſed aſpectabiles contemplatur, complectiturque catoptricum, dioptricum.

Coſmographia, & aſtronomia, quæ *cœleſtes magnitudines*, vt geographia terrarum orbem.

Mechanica quę certas *formas & figuras*, certæ materiei applicatas, & certis motionibus procurandis idoneas.

Sed,

Quædam à naturalioribus non occupantur theoreticè, niſi in docendo vniuerſali, vt muſica, optica.

Quædam pręterea verſantur in aliquo indiuiduo,

vt geographia in hoc noſtro terrarum orbe.

Circa quid occupantur puriores mathematicæ?

Platoni circa ὑσίας *mathematicas*, mathematicaſue ideas, p. circa *ipſum circulum, ipſum cubum.*

Ariſtoteli circa *quieta*, & *inſeparabilia*, quæ non ſeparantur re ipſa, ſed cogitatione tantum, ſeu circa abſtracta, tollendo

Digitized by Google

omnia ſenſibilia, & conſiderando tantum quantitatem, & proprias eius affectiones 11. Metaph.

CAPVT II.

De diſciplinis purioribus Mathematicis, de Communi.

Quid Communis Mathematica?

Eſt ſcientia, quæ conſiderat mathematicè & theoreticè, quæ communia *multitudini*, & *magnitudini*, atque adeo grauitati, motui, tempori, & ſimilibus, quatenus cenſentur ſaltem aliquomodo inter quanta.

Quæ materia eius obiecta?

Quantitas auulſa per cogitationem, à ſenſibilibus affectionibus: p. ſono, calore, duritie, &c.

Sed quantitas conſideranda ſimpliciter & generatim non collectiuè per ſuas ſpecies.

Cur coniungi ſolet cum arithmetica?

Primo propter ſolemnem morem me-

Digitized by Google

thodorũ qui explicatur, & quia methodi alicuius argumentum & obiectum ſolet eſſe vnum genus, explicandum per ſuas ſpecies omnes, aut aliquas ſaltem.

Secundò, quia genus plerumque explicatur in illuſtri ſpecie, de qua re in Logicis.

Tertiò, quia numerus inſeruit magnitudini, ideoque arithmetica geometricis, geometræ arithmeticis vtuntur demonſtrationibus.

Quænam maxime conſiderat?

Quantitatem, principium, ens, totum, partem, diuiſionem, menſuram, commenſurationem, incõmenſurationem, æqualitatem, inæqualitatem, logon, λόγον, analogiam, & differentias quantitatis communiores.

Cur non vt numerus, & magnitudo proprias & particulares ſortiuntur methodos, ita motus, tempus, pondus?

Quia hæc à nobis vix queunt menſurari, & intelligi, niſi per numerum, & magnitudinem.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De Arithmetica.

Quotuplex numerus?

Eſt { vnus quo ſignificamus quantitatem definitam, abſolutam, vt 2.3.4.
alter quo reſpectiuam indeterminatam, vt plura, pauciora, duplum, triplum, pars dimidia, &c.

Quid arithmetica?

Primò & latiſſimè quæuis methodus & ſcientia, quæ occupatur circa *numerum*, tumque muſica eſt quædam arithmetica.

Secundò & propriè vt nunc, eſt ſcientia mathematica, quæ auulſum à ſenſibili affectione numerum ſpeculatur, ſed potiſſimum *abſolutum*, item potiſſimum illum qui componitur ex vnitatibus, quę frangi poſſint in infinitum. n. vt ſit locus fractionibus, quæ exprimuntur reſpectiuo numero.

Tertiò & propriiſſimè ea numerorum diſciplina, quæ numerum ſpeculatur mathematicè, ſed neque harmonicè [mu-

Digitized by Google

ſice] nec algebraice.

Quomodo vocatur?

Logiſtica, quod ſit ars computandi.
Arithmetica, quod ſit diſciplina de numeris.

Cur prior quam geometria?

Quia { Vnitas ſimplicior puncto, id eſt conceptio vnitatis quam conceptio puncti. Punctus inſinuat ſitum & diſpoſitionem in continuo, vnitas non inſinuat certam collocationem. }

Quæ partes?

Poſitiones, propoſitiones, probationes.

Quæ ſpecies?

Arithmetica { vna numeros animi cauſſa & theoretice ſpeculatur. altera propter vſum & appellatur practica. }

Quæ ſunt officia practicæ, Logiſticæ?

Primum eſt datum quemlibet numerum pingere, deſignare, pictumque & deſignatum internoſcere.
Secundum, computare, ſiue numerum cum numero conferre.

Digitized by Google

Quotuplex computationis ratio?

Conſiſtit { *Vna* in logis & rationibus (quid ſit ratio dicendum) hinc officia *addendi, multiplicandi, ſubtrahendi, diuidendi.*
Altera in Analogiis: hinc variæ regulæ:

Regula trium numerorum quæ aurea vocatur.

Regula progreſſionis.

Regula ſocietatis.

Quotuplex practica?

Eſt { Vna generalior, quæ negotiis quibuſuis numerorum applicatur.
Altera particularis: vt ex. gr.

Arithmetica pro aſtronomis.

Arithmetica pro mercatoribus.

Quæ partes communioris practicæ?

Eſt { Vna quæ non vtitur falſis poſitionibus, & retinet commune nomen arithmeticæ.
Altera quæ docet quo pacto vnus numerus ex falſo, vel ex falſis colligatur, & hæc vocatur ars magna, algebra.

Occupatur autem potiſſimum in numeris quadratis, cubicis.

Digitized by Google

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Geometria.

Quid, quæ appellatio?

Geographia, geodæſia, & geometria, ſunt affinia vocabula, ſed notatione magis quam ſignificatu.

Geodæſia eſt ars quædam agros diuidendi, quæ eſt geometriæ ſoboles, aut particula.

Geometria nomen habet à dimenſione terræ, ſiue { pro agro ſumatur. / pro terrarum orbe. }

Geometria propriè eſt ſcientia quæ contemplatur *magnitudinem*, ſed auellendo à materia, & *ſenſibilibus affectionibus*, Aliquãdo & latius ſic ſumitur vt complectatur geographiam:

Tumque videtur eſſe ſcientia & diſciplina quæ contemplatur magnitudinem auulſam à materia, niſi quod aliquando applicatur terrarum orbi.

Quid obijcitur pro materia?

Magnitudo immobilis, & libera à materia, vel ſalem à materia ſenſibili.

Quæ Geometriæ partes?

Eſt { Vna *communis*, quę occupatur in magnitudine ἁπλῶς, ſed fere confundi ſolet cum prima particulari, cum geometria lineari. ad illam autem pertinet magnitudo, ſignum indiuiſibile, continuitas, ſitus, permanentia.
Altera *particularis*, & ſpecialis, quę triplex pro triplici ſpecie magnitudinis. }

Planum. Occupatur { Prima in lineis rectis, curuis, mixtis.
Secunda & operoſior in planis.
Tertia in ſolidis quæ appel- }

Solidum. latur *ſtereometria*, ſed lineæ ferè ad plana reuocantur.

Propoſitionum geometricarum quot ſunt genera?

Duo { Ergaſticæ
Apodicticæ } ſeu { problemata.
theoremata. }

Quid facit demonſtrator geometricus in theorematis?

Primo ponit ſpecimen figuræ, aut quanti-

tatis de qua agitur, hoc dicitur *protheſis*, propoſitum ſchematis, aut quantitatis. προθέσις.

Sed fere proponi nequit, niſi ruditer & parum acuratè, hinc illud.

Exemplorum non eſt requirenda veritas, ſed manifeſtatio. Quod proponis pro circulo, non eſt accuratè circulus.

Secundo determinat quæſtionem, quæ demonſtranda eſt, hoc dicitur *dioriſmus*. διορισμός.

Tertio ratiocinationem inſtituit, fereque conglobatam. ἀπόδειξις.

Et hoc dicitur *apodixis*, demonſtratio, probatio ſententiæ.

Quarto, concludit quod demonſtrandum erat, & demonſtratum eſt, hoc dicitur *ſymperaſma*, concluſio. συμπέρασμα.

Quot ſunt tropi & modi ergaſticæ propoſitionis?

Tmematicus (diuiſiuus): vt cũ iubemur datam lineam, bifariam ſecare.

Iſtaticus (cõſtitutiuus): vt cum iubemur propoſitę magnitudini, aliam datam adiungere.

ſuper data linea conſtituere

triangulum.

Anagraphus (reſcriptiuus): vt cum dato triangulo, aliud æquale conſtituere.

ex tribus datis lineis triangulum componere.

Septem *Engraphus* (inſcriptitius): vt cum iubemur,

Intra datum quadratum, maximum circulum deſcribere.

Perigraphus (circumſcriptitius): vt cum circa quadratum circulum deſcribere.

Parembolicus (immiſſiuus): vt cum iubemur, dato tetragono, in æquale conſtituere, ſed ſimile tamen & proportionale, quod fieri nequit, niſi immittendo aliquam figuram intra datam. p. imponendo triangulum.

Proſeureticus (adinuentiuus): vt cùm inter datas duas lineas inuenire mediam.

Monitum.

Mathematici ſuas propoſitiones ſæpe efferunt, per infinitiuum verbum, in hunc

Digitized by Google

modum: datam lineam bifariam ſecare.

Quotuplex geometria?

Eſt	theoretica / practica	rudior / accurata
Item	firmata / deſtituta	demonſtrationibus.

CAPVT III.

De impurioribus Mathematicis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto earum genere.

Quæ notio, quæ appellatio Communis?

Appellatio & notio repetatur è primo capite, vt & diuiſio.

Sunt-ne magis mathematicæ quam phyſicæ?

Sunt, quia mathematicis vtuntur demon-

Digitized by Google

ſtrationibus.

A forma potiuſquam à materia, repetenda appellatio rei.

Cur ergo dicuntur naturaliores?

Non quia ipſe ſint magis naturales, quam mathematicæ:

ſed quia ſunt aliquomodo naturales: ſunt naturaliores quam geometria & arithmetica, quæ ipſæ tamen aliquomodo pendent à phyſiologia.

ARTICVLVS II.

De Muſica, ſiue harmonica.

Quid muſica?

Nunc ſumitur pro harmonia, potiſſimumque pro ſonora.

Nunc pro ſcientia harmonica.

Quid harmonica diſciplina?

Scientia quæ numerum contemplatur *harmonicum* & ſonorum, quæ harmoniam conſiderat, ſed potiſſimum in numeris & ſonis.

Quid harmonia?

Generatim apta ſymmetria; ſymmetria, & analogia, ma-

Videtur eſſe { ximè illa, quæ harmonica nominatur, & indicanda poſtea.

Propriè, ea quæ ad ſonos pertinet.

Quotuplex numerus?

Eſt { abſolutus vel reſpectiuus } { vel { neutiquam fluēs: vt homines duo. fluens & ſucceſſiuus: vt collectio multarum ſyllabarum.

Vbi nunerus fluens locum habet?

Generatim in re quauis ſucceſſiua, quæ diuidi poſſit, vt in motu, tempore.

Propriè, & antonomaſticè in oratione & ſono.

Quid obijcitur harmonicæ?

Obijci poteſt { generatim pro materia quantitas quæuis harmonica.

propriè & antonomaſticè numerus, qui harmonicus & ſonorus.

Quid ita?

Quoniam quando genus eſt difficillimū

comprehenſu, deprehendi ſolet in illuſtri ſpecie, ex qua poſtea ſaltem per proportionem iudicemus de aliis.

Cur in ſono potius quam alibi exponimus harmoniam?

Quia auditus videtur ſenſuum princeps, quod quidem attinet ad comprehenſionẽ harmoniæ. Etenim facilius quã cæteri, percipit aberrationes à concentu & ab harmonia.

Harmonia dicitur concentus, appellatione ducta ab auditu.

Quando quatuor campanæ ſuauem ſonum & concentum edunt, non in ſono tantum ſymmetria eſt, atque harmonia, ſed etiam in figuris, pondere, magnitudine, ſed hic vix percipitur.

Cur auditum oportuit eo acumine præditum eſſe?

Quia obiectum eius vnius inter ſenſus exteriores, eſt quid fluens, ideo niſi breui & confeſtim perciperet obiecti ſuauitatem, & inſuauitatem, tractu temporis non comprehenderet, aut vix perciperet.

Et nihilominus melius per auditum percipimus

Digitized by Google

cipimus eam ſuauitatem, quæ naſcitur ex ſucceſſione, quam illam quæ ex ſimultanea collocatione, eaque blandius afficimur.

Nec mirum, quoniam auditui tale obiectum natura deſtinauit.

Concordes voces, præſentes { cum præſentibus. / cum præcedentibus & ſubſequentibus.

Quæ muſicæ partes?

Conſiderat {
1. *ſonum numeroſum*, numerũ ſonorum.
2. non *ſonum* tantum, ſed etiam verba quærit.
3. præterea *verſum & metrũ*, diciturque *metrica.*
}

Prima dicitur proprie harmonica.

Secundam, ſunt qui rithmicam appellant.

Quot modis eduntur ſoni harmonici?

1. ore humano, & ſono articulato.

2. non humana voce, ſed { flatu noſtro: / vel alieno. p. per tibiam, tubam.

3. Impulſione alia: p. per cytharam, teſtudinem.

Quotuplex muſica?

Eſt { Vna theoretica.
Altera practica, & relata ad vſus noſtros.

Quotuplex practica?

Eſt { Vna generalior, quæ tradit rationē efficiendi concentum quemuis.
Altera ſpecialior, quæ multiplex inſtitui poteſt.

Puta.

Si { quis doceat quo ſymphoniæ genere iratus mulceatur.
quis duntaxat concentum ſucceſſiuum.
quis tantum prodeuntem ex ſonis ſimultaneis.

Item.

Siquis doceat { ***Diatónum*** harmoniæ genus, quod continetur tonis.
Chromation, quod hemitoniis.
Illud quod dicitur ***harmōnicum*** antonomaſticè & ſpeciatim, diæſibuſque continetur.

Diæſis autem quarta pars toni.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De Aſtronomia.

Quæ appellatio?

Diſciplina hæc varias ſortitur appellationes.

Dicitur
- *Coſmographia*, quod ſit mundi deſcriptio.
- *Aſtronomia*, quod ſit lex aſtrorum, exponat aſtrorum leges, & diſpoſitiones.
- Sermo de Cicerone poſſit appellari Cicero.
- *Aſtrologia*, quod ſit ſermo de aſtris.
- *Vrania*, quod ſit diſciplina de cœleſtibus. οὐρανία.
- *Coſmotheoria*, &c. ſed diſſimilis magis etymo quam ſignificatu. κοσμοθεωρία.
- *Matheſis* per antonomaſiam, mathematici qui aſtronomi. μάθησις.

Quid Coſmographia?

Eſt
- Minus proprie geographia ſola, vt terra minus propriè dicitur mũdus.
- Propriè aſtrologia, vt ſecludatur geographia, meteorologia.
- Interdum deſcriptio totius mundi

Digitized by Google

mathematica, quæ comprehendat aſtrologiam, geographiam, atque etiã meteorologiam, quatenus mathematica eſt. p. quatenus oſtendit cometarum ſitum, magnitudinem.

Quid Aſtronomia?

Scientia mathematica, quæ contemplatur magnitudinem, ſed mobilem localiter, & cœleſtem.

Quot ſunt illius partes?

Vna *hiſtorica*, quæ aperit phęnomena, apparentia, obſeruationes.

Altera *æthiologica*, quæ apparentium rerum rimatur cauſſas.

Quæ præcipua fundamenta?

Sunt duo decreta quę ſequũtur, & ſunt pluribus explicata in rudimentis phyſicis.

1. in cœlo apparet anomalia, irregularitas, licet regularis.

2. in cœlo nulla eſt anomalia, nulla irregularitas.

Quotuplex aſtronomia?

Eſt:
- Vna theoretica, quę propriè dicitur aſtronomia, conſideratque aſtrorum magnitudinem, ſitum, motum.
- Altera practica, quę dicitur propriè,

Digitized by Google

& ſpeciatim aſtrologia *iudiciaria*, & prognoſtica aſtrologia.

Hæc meditationes aſtronomicas ſectatur, quatenus ad vſum vitę traduci poſſunt, & rimatur vires cœli & aſtrorum quibus aliquid moliuntur in res inferiores.

Quid obijcitur theoreticæ?

Cœleſtis magnitudo cum motu & affectionibus cœli, prodeuntibus à magnitudine & motu.

Quid iudiciariæ?

Cœlum non modo ratione magnitudinis, & motus, ſed etiam virium, per quas agit in res inferiores, quatenus inde effectus præuideri poſſunt, & præuiſione conuerti ad humanos vſus.

Sed harum virium quædam ab aſtronomis produntur & finguntur, neque vlla ſatis idonea obſeruatione aſtruuntur.

Hinc plurimum vanitatis in hacce arte.

Multa ex iis quæ obſeruatione deprehenſa ſunt, non ſunt perpetua, ſed frequentia tantum.

Si quid cœlum ſignificat, non vt liber ſignificat, ſed vt cauſſa.

Digitized by Google

Quot ſunt prædictionum aſtrologicarum genera?

Sunt, poſſunt ueeſſe { quædam certæ: vt cum eclipſes prædicuntur. quædam probabiles tantum: vt cum futuræ hic vel illic pluuiæ, futuræ hic vel illic diſſenſiones. quædam temerariæ. }

ARTICVLVS IIII.

De Geographia.

Quæ nomenclatura et notio?

Coſmographia, quo ſumatur modo explicatum.

Topographia, eſt deſcriptio loci particularis: p. Lutetiæ, Romæ.

Chorographia, eſt deſcriptio vnius regionis: p. totius Galliæ, totius Franciæ.

Hydrographia, eſt deſcriptio aquarum, potiſſimum verò maris, & partium eius.

Cum autem è terra & aquis circumfuſis, vnus in mundo ſit coagmentatus globus, geographia cum mathematicè de-

Digitized by Google

ſcribit, ſed habita maxime ratione ſuperficiei.

Quid geographia?

Eſt mathematica deſcriptio terrarum orbis, aut ſaltem illius ſuperficiei, ſed cum indicatione rerum inſigniorum, quæ in quoque loco, maxime autem in celebriori occurrunt, occurrerunt.

Quotuplex eſt?

Eſt { Vna rudior, quę prima tantum velut lineamenta ducit, qualem in ſcholis moliri decet. Altera accuratior, operoſior, & magis elaborata. }

Quæ partes?

Partitio prior.

Geographia eſt ſoboles quædam geometriæ, phyſicæ, & hiſtoriæ.

Geometrica eſt qua parte metitur terram, partes eius & locorũ interualla, quatenus pendet ab aſtronomia, quæ geometriæ proles.

Phyſica, eſt: dum regionum priuata ingenia inquirit

Hic ſegetes, illic veniunt fœlicius vuæ.

Hiſtorica, dum enarrat quæ contigerunt celebriora in locis illuſtrioribus. p. præ-

Digitized by Google

lia, oppida, oppidorum euerſiones, &c.

Poſterior.

Vbi ſpecies vnico indiuiduo continetur, vt Sol, Luna, Mercurius: vel vnico inſigniori, aut ſaltem paucis inſignioribus:

Tum { non modo ſpeciem artifices & diſciplinæ tradunt.
verumetiam ad indiuiduum & hiſtoriam deſcendere ſolent.

Terrarum autem orbis vnico continetur indiuiduo.

Ideo in geographia duæ partes animaduerti poſſunt.

Vna *vniuerſalis*, quæ non modo terræ noſtræ, verumetiam cuiuis alteri conſimili, quæ ſit à Deo procreabilis accommodari poteſt.

Altera *particularis* per quam, quæ quaſi propria ſunt noſtri huius terreni globi ediſſeruntur, quanquam vna cum altera coniungi ſolet.

Poſterior tabulæ perfectæ rationem explicare debet.

Prior docet, quæ neceſſaria ſunt ad confectionem tabularum, & ſignorum, quibus terrarum orbis deſcribatur, & ad intelligentiam, & ad vſum: aliud terra,

Digitized by Google

aliud hæc terra.

Quæ ſigna geographica?

Hiſtorica geographia præter voces, picturaſque vocum, vtitur quibuſdam figuris & coloribus, tanquam ſignis, partim naturalibus, partim arbitrarijs.

Vtitur pictura & imaginibus, quibus locorum ſitus, figura, & magnitudo, vtcumque oculis ſubijciatur.

hinc tabulæ, mappæ, & globi.

Vtitur coloribus variis, vt varietatis ope diſtinguantur regiones, quę vna eademque mappa repreſentantur.

Vtitur certis figuris arbitrariis, quibus diſtinguãtur caſtellum, oppidum, regnũ, epiſcoparus, archiepiſcopatus, academia, parlament.

Monitum.

De tradenda, ediſcenda & amplificanda geographia, præcipiendum pluribus.

ARTICVLVS V.

De Optica ſiue perſpectiua.

Vnde opticæ appellatio?

Opſis, viſio de quo nomine in opticis.

Digitized by Google

Hinc opticæ diſciplinę nomen, quę latinè perſpectiua dicitur.

Sed ſumitur nunc latè, nunc anguſtè, vt ſignificandum.

Quæ notio communis?

Opticæ dum latè ſumitur nomen, videtur ſignificare ſcientiam, quæ magnitudines, ſed aſpectabiles tantum contemplatur, verum geometricè, potius quam phyſicè.

Quæ geometricas negotiationes applicat rebus aſpectabilibus.

Quæ rationem viſionum, & rerum eô pertinentium. p. oculorũ, luminum, colorum, magnitudinum, & figurarum, geometricè tradit.

Quis finis eius?

Notitia rerum obiectarum, & interdum aliquid vſus & prax eos, vt patebit.

Quid ſubiectum?

Sedes, mens theoretica, & aliqua ex parte mens practica.

Quis author et opifex?

Conſulendus ſermo de opifice ſcientiarum.

Creditur magna ex parte à parentibus primis ad nos tranſmiſſa, per diſciplinæ

continuationem hęc ſcientia potius, quam ab vllo excogitata poſt extinctionem. n. quia vix quiſquam eſt ingenio tam acrj & fœlici vt citra opem præceptoris, opticæ fundamentum iacere poſſit.

Ideo Euclides & conſimiles alij habentur potius pro reparatoribus, quam pro conſtructoribus diſciplinæ huius.

Quæ materia obiecta?

Materia obiecta videtur eſſe duplex.

Eſt { Vna pręcipua & primaria. n. magnitudo aſpectabilis, quatenus aſpectabilis, præditaque affectionibus ad viſionem pertinentibus, ſed iis quę geometricè declarari poſſint.
Altera ſecundaria, eique adiuncta propter affinitatem, vt quando lumen docetur habere vim procreandi calorem & ignem.

Omnino,

Traduntur hic { Quędam communiora, vt quæ pertinent ad radium, angulum, pyramidem.

Digitized by Google

Quędam propria.
Quędam etiam, quę per occaſionem & digreſſionem aliena.

Quarum eſt diſciplinarum ſoboles?

Ratione diſtantię, magnitudinis, figurę, continuitatis, diſcretionis, &c.

Videtur eſſe ſoboles geometrię & arithmeticę, ſed mediatè phyſiologiæ.

Ratione lucis, coloris, oculi, læuitatis, aſperitatis, opacitatis, pelluciditatis, motus, quietis, & ſimilium rerum, videtur eſſe propago phyſiologię.

Ex quo virtutum dianoëticarum genere?

Videtur eſſe quædam ſapientia, ſeu virtus compoſita ex ſcientia & intellectu.

Sed aliqua ex parte deprehenditur eſſe ars, quæ componatur ex ſcientia & opinione.

Scientia eſt, quia tradit demonſtrationes cum definitionibus.

Intellectus, quia non modo ponit, verum exponit fundamenta quibus demonſtrationes nituntur.

Opinio, quoniam interdum ad praxim deriuatur, quæ ſingularium rerum abſoluitur conſideratione.

Digitized by Google

Practica ne, an theoretica?

Theoretica eſt, ſed ita vt multa decreta ad praxim extendantur.

Quomodo traditur?

Aliquando nudę propoſitiones exhibentur.

Aliquando iis adiunguntur explanationes, & demonſtrationes.

Quotuplex Optica?

Prima diuiſio.

Quibuſdam optica pro viſiuo radio.

triplex
- 1. Pro recto, quæ dicitur ſpeciatim Optica.
- 2. Pro reflexo, quæ Catoptrica dicitur.
- 3. Pro infracto, quę Dioptrica.

Quid Captotrica?

Eſt
- propriè ea opticæ pars, quæ perſequitur *reflexiones* opticorum radiorum.
- Latiùs ea quę
  - tum reflexiones,
  - tum infractiones, atque etiam mixtiones.

Tum
- Pars vna dicitur propriè *Catoptrica*, conſideratque ſpecula & reflexiones.
- Altera *dioptrica* eſt, & inquirit in

fractionum modos & rationes, ſed potiſſimum optico in negotio.

Secunda diuiſio.

Pars { Vna contemplatur radios.
Altera reflexos & infractos. }

Tertia diuiſio.

Hic primo fundamenta quæ repetuntur ex phyſica & geometria.

Secundò applicationes, & quæ propria huius diſciplinæ.

Quarta diuiſio.

Doctrina { Quædam generalis apud opticos, quæ pertinet ad viſionem quocumque efficiatur modo.
Quædam ſpecialis, quæ varia pro varia ratione radiorum viſiuorum. }

Puta { Optica & perſpectiua ſpeciatim pro directo.
Catoptrica, pro reflexo & pro ſpeculis.
Dioptrica pro radiis fractis, refractis. }

Sed fere doctrina communis transfertur ad ſimpliciſſimum viſionis modum. mixtiones in ſcholis omittuntur.

Digitized by Google

ARTICVLVS VLT.

De Mechanica.

Quid Methanica?

Aliquando vilior, & ignobilior ars, quæ organis vtatur & inſtrumentis.

Nunc ſcientia & ars machinarum, potiſſimum earum, quæ ſunt idoneę ad localis motus procurationem.

Idque {
- Siue ſint naturales: vt ala, pinna, manus.
- Siue ſint artificioſæ: vt vectis, rota, gubernaculum.

Item {
- Siue ſint ſimpliciores: vt malleus, cuneus, vectis.
- Siue compoſitæ: vt ſecuris, machinale horologium.

FINIS.

Digitized by Google

TRACTATVS
COMMVNIS
MATHEMATICVS,
VBI
Elementa & rudimenta communis diſciplinæ.

CAPVT I.

De Quantitate & partibus.

Quid Quantitas?

Eſt { Generaliſſimè id, quo fit reſponſio ad quæſtionem factam per quot, aut quantum, aut quam intenſum: quo ſenſu inter quantitates cenſetur vnitas, pondus, magnitudo ſplẽdoris, & conſimilia.

Generatim

Digitized by Google

Generatim id quo } intenſa,
res formaliter } vel extenſa.
Propriè, quo res formaliter exten-
ſa.

Quotuplex quantitas generatim ſumpta?

Significat { Vna intenſionem, vt cùm dicitur magnus ſplendor, vehemens impetus, maior virtus, plus ponderis. 4. pondo.
Altera extenſionem, quę magis propriè quantitas. }

Intenſio pertinetne ad mathematicum?

Aliquo pertinet modo.

metiri conamur { & diuidere ſonos in muſicis.
pondera & vires medicamentorum in medicis.
vires motrices, in mechanicis.
Nobilitatem, neceſſitatem in ethicis. }

Sed cętera omnia quibus menſurę vtcumque à nobis applicantur, conamur comprehendere ex numero & magnitudine.

Digitized by Google

Quas maximè intenſiones & extenſiones conſideramus?

Eas quas poſſumus metiri paulo accuratius ſaltem alicubi: p. pondus, ſonum, numerum, & magnitudinem.

Quotuplex eſt extenſio?

Eſt { Vna *ſpiritalis*, quam mathematici non ſolent conſiderare, vixque æſtimamus niſi ex corporali extenſione.
Altera *corporea*, vbi pars extra partẽ aut poſt partem. }

Quotuplex pars in quantitate?

Prima diuiſio.

Eſt { Vna *communicans*: vt tertia, ſi conferatur cum dimidia, &c. in qua includitur.
Altera neutiquam *communicans*: vt pes ſi cum pede conferatur, milliare ſi cum miliari }

Secunda diuiſio.

Eſt { Vna, quæ dicitur propriè pars, non partes & pars aliquota, quæ aliquoties repetita æquat totũ quod finitum eſt.
Altera, quę aliquoties repetita ęquare non poteſt, & dicitur proprie par-

tes, non pars : vt ternarius ſi conferatur cum quaternario.

Tertia diuiſio.

Eſt { Vna quantitas, & quid intenſum, vel extenſum, vt pes ſi conferatur cum linea bipedali.
Altera non quantitas, ſed tantum principium quantitatis : vt vnitas ſi cum numero conferatur. }

Quotuplex extenſio corporea?

Quædam finita eſt : vt magnitudo mundi.

Forſan altera eſt, vel ſaltem eſſe poteſt, quæ ſit propriè infinita : vt linea conſtans pedibus innumerabilibus, ſed hanc mathematici non conſiderant.

Quotuplex quæ ſit corporea, & finita?

Prima diuiſio.

Eſt { Vna *diſcreta*, quæ dicitur numerus.
Altera *continua*, de qua differentia philoſophi. }

Secunda diuiſio.

Eſt { vna per *ſe ſenſibilis*: vt ſonus, & forſan pondus.
altera neutiquam per ſe propriè ſen- }

Digitized by Google

ſibilis: vt magnitudo mei corporis.

Sed pondus non videtur eſſe propriè quantitas.

Tertia diuiſio.

Eſt { vna *ſucceſſiua*, ſed vix conſideratur à mathematico, niſi in ſono & cœleſti motu.
altera vbi partes multæ ſunt ſimul, ratione temporis:

Siue non durent: vt partes extenſę illuminationis.

Siue durent: vt partes cœleſtis magnitudinis, quæ permanentes.

Momentaneas autem partes æſtimamus ex permanentibus, quę ſunt cognitu faciliores.

Quarta diuiſio.

Eſt { vna cum certo aliquo partium ſitu, & poſitione.
altera, ſine illo, vt numerus.

Ubi-nam ille ſitus?

Omnino & propriè in magnitudine, quę eſt quantitas:

Tum { continua,
permanens.

Secundum quid in ſonis pluribus (numero ſonorum) in tempore. p. in diebus, in motu locali, & ſimilibus.

Digitized by Google

A quo principio quantitas?

Apud mathematicos quantitas fingitur prodire ab aliquo principio indiuiſibili: vt numerus ab vnitate, à puncto linea, &c.

Tempus à momento.

Quinta diuiſio.

Eſt { vel *indeterminata* quantitas: vt multum, parum, magnum, paruum: tumque eſt potius relatio quam comparatio quantitatis.
vel *determinata*: vt pes, dies.

Sexta diuiſio.

Eſt { vera: vt extenſio aëris, luminis.
fictitia & imaginaria, vt extenſio tenebrarum.

Quæ principes affectiones quantitatis?

Diuiſio, ſiue partitio, compoſitio & additio.

Incrementum & decrementum, equalitas, inæqualitas.

Menſura, menſurabilitas, commenſuratio, incommenſuratio.

Ratio, analogia, & progreſſio.

Infinitas, &c.

CAPVT II.

De infinitate, incremento, & decremento, compoſitione, comparatione.

Eget-ne mathematicus quantitate infinita?

Indigere

- Videtur, quia hęc poſtulata ſunt mathematica.
  - datum quemuis numerum, in infinitum augere liceat.
  - datam rectam lineam, extendere in infinitum liceat.
- Non videtur, quia hæc decreta ſunt mathematica.

Omnis numerus eſt par vel impar, eſt numerabilis.

Omnis numerus per ſe ipſum multiplicari poteſt. p. in hunc modum, quater quatuor faciunt. 16.

Omnis magnitudo poteſt diuidi ſecundum eandem rationem & proportionem, ſecundum quam altera eſt diuiſa.

Digitized by Google

Itaque confugiendum eſt ad diſtinctionẽ.

Non eget infinita, ſi infinitam interpreteteris, quæ ſit propriè & *categorematicè* infinita, quæ conſtet partibus æqualibus innumerabilibus, quia de quantitate huius generis, ſi detur, vix quidquam explicare poteſt.

Eget ſi pro infinita ea habeatur quę eſt infinita *ſyncategorematice*, quæ poteſt in infinitum minui, ideſt, nequit ita minui, vt non poſſit fieri minor, aut poteſt in infinitum creſcere, neque ita fieri tanta, vt non poſſit fieri maior.

Hoc modo numerus, tempus, magnitudo ſunt quid infinitum: de qua re in rudimentis philoſophicis.

Quot modis quantitas incrementum capit?

Duobus:
- *Comparatè*, quando ipſi non adijcitur vlla quantitas eiuſdem naturæ, ſed alteri detrahitur: vt quando aliquid dicitur factum duplum, quia res altera facta eſt duplo minor.
- *Abſolutè*, quando ipſi adijcitur

Digitized by Google

aliquid quantitatis conſentaneæ, vt ſi milliari adiiciatur milliare alterum.

Quotuplex abſolutum incrementum?

Vnum conſiſtit in ſucceſſiuis partibus, quarum duæ non habentur ſimul.

Vt incrementum menſis, & ætatis.

Alterum aliter habet, vt incrementum lineæ, numeri permanentis, arboris.

Quot modis quantitas admittit partitionem?

Aut non admittit, niſi per ſolam mentis operam, vt numerus.

Nam
- Vt collectio vnitatum, quæ dicitur numerus, non fit propriè, niſi per mentem colligentem.
- Ita etiam non niſi per mentem diuidi poteſt.

Aut etiam realem admittit partitionem, vt magnitudo, pondus.

Item
- Quædam non diuiditur realiter niſi in τῷ fieri: vt deambulationis quantitas.
- Quædam etiam in τῷ eſſe ſuo: vt

ramus arboris, illiuſue quantitas.

Partiri-ne licet quātitatem in infinitū?

Si *continua* eſt quantitas, in infinitum ſaltem per cogitationem diuidi poteſt, ſi nempe linea capit innumerabiles diuiſiones: & reliqua quæ continua capiunt.

Capit autem linea, vt dictum in rudimentis phyſicis, quia quæque conſtat punctis innumeris.

At *diſcreta* { per ſe non eſt diuiſibilis in infinitum. | quatenus tamen vnitas interdum eſt quid continuum: vt pes vnus, hoc nomine admittit infinitas fractiones, partitiones. }

Sed tunc { Diuiditur, minuiturque continuum. | Augetur & amplificatur numerus. }

Quot modis quantitatem amplificamus?

Vel { Pro arbitrio noſtro amplificamus, licet lineam rectam extendere in infinitum idem pro arbitrio noſtro. | Per adiectionem quantitatis ejuſdem naturæ, ſed quæ nobis tribuatur. }

vt quando fiunt datorum numerorum additiones, numerus datus per datum numerum multiplicatur.

Quot licet minuere modis?

vel { Pro libidine, & arbitrio tuo minuis.
Pro data ratione, vt quando ex.gr.
Iubemur detrahere 4. partem.
Iubemur facere numeri ſubſtractionem.

Quænam quantitas comparabilis?

Quæuis comparabilis, ſed non propriè cum quauis.

Quot ſit modis quantitatum comparatio?

Vel comparãtur { quantitates diuerſæ naturę: vt tempus & magnitudo, & cõparatio non eſt ita propria.
quantitates eiuſdẽ ſpeciei & naturę, vt duo tempora, duę lineæ rectæ.

Sunt-ne linea recta, & linea curua proprie comparabiles?

Ariſtoteli non ſunt, eſſe tamen eſt credibilius.

Quotuplex comparatio quantitatis?

Duplex maxime. n. { æqualitas, & inæqualitas.

Quot dicuntur modis æquales quantitates?

dicuntur { Populariter, tumque { datur æquali æqualius. æquale cenſetur, quod non eſt inſigniter æquale. Accurate, & tunc non datur æquali æqualius, licet detur inæquali inæqualius.

Quæ ſunt æqualia vni tertio, ſunt æqualia inter ſe.

præterea { æqualitas vna conſiſtit in *ratione*: vt cum duo pedes dicuntur æquales duobus rectis. Altera in *analogia*, & proportione: vt quando 100. pars pedis, dicitur ęqualis 100. vnius milliaris.

Iuſtitia { *Commutatiua* conſectatur ęqualitatem prioris generis, gallicè, *tant pour tant*. *Arithmetica.* *Diſtributiua*, æqualitatem poſte- *Geometrica.*

rioris, gall. *tantieſme* pour *tantieſme.*

Quæ dicuntur æqualia?

Quæ habent eandem quantitatem, & iiſdem conſtant menſuris.

CAPVT III.

De Menſura.

Quid menſura actiuè?

Id cuius quantitas vſurpatur ad deprehendendam quantitatem rei alterius, ideoque quid clarius, certius.

Quotuplex menſura huius generis?

Prima diuiſio.

Eſt { Vna *naturalis*: vt cum tempore cœleſti metimur ætates hominum, egeſtate pretium rerum commutabilium.
Altera *artificioſa*: vt cum machinali horologio metimur diem, & pecunia res commutabiles.

Secunda diuiſio.

{ Vna *maior* re menſurabili cui applicatur:

Eſt { vt cum Deus dicitur menſura omnium rerum: cœleſte tempus metitur cætera.
quod optimum, habetur pro mẽſura cæterorum: vt optima Ciceronis oratio.
quo propius res accedit ad id quod optimum eſt, eo melior.

Altera *minor*, quæ aliquoties repetita æquat, vt quando pes milliare metitur: atque hac potiſſimum menſura vtuntur mathematici.

Quid menſura paſſiue?

Eſt menſurabilitas, & affectio per quam res ſunt menſurabiles.

Quid menſurabile?

Quod menſuram habet, qua ipſum menſurari poſſit: vt linea, iugerum, modius, tempus.

Quid immenſurabile?

Quod non poteſt mẽſurari, vt Deus, punctus, momentum, &c.

Punctus { Vt non eſt proprie quantitas:
Ita non proprie menſuratur.

Quid commenſurabile?

Commenſurabilia ſunt, quæ vna eadem-

quę menſura menſurari poſſunt: vt ;

Duo pedes & quatuor pedes, quos metimur pede, ſemipede: 8. & 12. quæ metimur binario, quaternario.

Quid incommenſurabile?

Incommenſurabilia ſunt, quæ non habent communem menſuram.

Suntque:
- Vel *negatiue* tantum incommenſurabilia: vt quando linea & tempus dicuntur res incommenſurabiles.
- Vel *priuatiuè*, & in eodem genere: vt,


Quando quadrati latus & diameter dicuntur res incommenſurabiles.



Quot modis res commenſurabiles?

Duobus:
- Quædam ſunt commenſurabiles ſecundum ſe, vt 2. & 4.
- Quædam non ſecundum ſe, ſed tantum effectum ſuum, qui dicitur potentia, vt quadrati diameter, & vnúm ex lateribus eius.


Diameter quadrati p. A, B, menſuras innumerabiles obtinere poteſt, earum tamen nulla eſt idonea ad menſurandum latus, (quia alioquin daretur numerus par æqualis impari.)



Latus conſimiliter innumeras menſuras habet, quarum nulla eſt idonea ad menſurandam diametrum, ſiue diagonalem lineam.

Sed effectus lateris, id eſt quadratum quod prodit à latere, C, B, commenſurabilis deprehenditur effectui, qui prodit à diametro A, B. p. quadrato A, D, B, C. illinc prodeunti.

Digitized by Google



Datur-ne in numeris incommenſurabilitas?

Abſolutè omnino & planè non datur: quia numeros omnes metitur vnitas. Ideo omnes numeri ſunt commenſurabiles per vnitatem.

Secundum quid datur, numeruſque vnus dicitur alteri incommenſurabilis: quia nõ quicquid metitur vnum numerum, id & alterum metitur, 3. metiuntur 12. non metiuntur 10. non 13. non quatuordecim.

Monitum.

Menſura	ſucceſſiua	clarior
	permanens	obſcurior

item

item { certior, vt francus, gallicus / incertior, vt aureus gallicus.

De menſura, paucula in rudimentis philoſophicis.

CAPVT IIII.

De Terminis & rationibus.

Quid terminus in negotio rationum & proportionum?

Eſt quantitas quæ ſe aliquomodo ad alteram habet.

Quæ ad alteram eſt affecta, tanquam relatum aut correlatum.

Vt 2. quando dicuntur referri ad 4. vt dimidium ad totum.

Quid logos, ſiue ratio, in negotijs mathematicis? λόγος.

Eſt habitudo, affectio, relatio vnius quantitatis ad alteram, quæ ſit eiuſdem naturę, & ſpeciei vt affectio duorum ad 4. 4. ad 2.

Digitized by Google

Monitum.

Monas, ſiue vnitas cenſeri poteſt numerus & quantitas.

Quotuplex ratio mathematica?

Eſt { Vna *æqualitatis*, quę inter æquales terminos, vt inter 3. & 3. inter radios eiuſdem circuli.
Altera *inæqualitatis*, quando termini ſunt inæquales: vt inter tria & 6. }

Quotuplex ratio inæqualitatis?

Diuiſio prior.

Eſt { Vna *maioris* inæqualitatis, vt exempl. gr.
affectio 4. ad 2. corporis humani ad manum.
affectio diametri ad latus in quadrato.
Altera *minoris* inæqualitatis vt ex. gratia, habitudo 2. ad 4. manus ad corpus totum.
affectio lateris ad diametrum in quadrato. }

Poſterior.

ratio inæqualis { Vel non eſt numero explicabilis.
vt ratio & habitudo lateris ad diametrum, & diametri

ad latus in quadrato.
Diameter quadrati eſt maior latere & radice quadrati.
ſed ex[illegible]ceſſus non explicatur numero.
Non poſſis dicete quota ſit parte maior.
Vel eſt numero explicabilis vt exemp. gr. ratio 12. ad 4. ratio 4. ad 2. ratio quadrati à latere prodeuntis ad quadratum quod prodit ex diametro.

Unde intelligitur ratio maior inæqualitatis?

Intelligitur ex ratione minoris per oppoſitorum legem.

Opponuntur { multiplex / ſimplex } { dimidium / & duplum }

Item { tertia pars / triplum. } &c.

Quæ maior quantitas?

Quæ minorem continet aliquidue minori æquale, & quid præterea.

Unde intelligitur ratio maior inæqual. quæ ſit numer. explicabilis?

Commodiſſime comprehenditur ex maiori numero, & maior numerus ex minori.

De maiori numero.

Quotuplex maior numerus?

Duplex { Vnus, qui ſemel tantum continet minorem, licet quid præterea contineat: vt. 3. ſi conferantur cum duobus, 4. ſi cum 3. Alter, qui ſæpius minorem continet. }

Quotuplex maior qui ſemel tantum?

Partem.

Eſt { Vnus *ſuperparticularis*, qui ſemel continet minorem, & præterea vnicam illius partem aliquotã, vt: *Seſquialter* qui minorem ſemel cõtinet, prætereaque dimidium illius partem, vt 3. ſi conferantur cum 2. 6. ſi cum 4. *Seſquitertius* ſiue epitritus, qui cõtinet minorem ſemel, & præterea tertiam partem: vt

4. ſi conferantur cum tribus.
ſeſquiquartus, ſeſquiquintus, ſeſquiſextus, & ſic deinceps.

Alter *ſuperpartiens*, ſuperpartialis, qui ſemel tantum continet maiorem, & prǽterea partes eius aliquotas, duas aut plures vt exemp. gr. *Partes.*

Superbipartiens cuiuſmodi 5. ſi conferatur cum 3. quinarius continet ſemel ternarium & duas tertias.

Supertripartiens cuiuſmodi 7. ſi referantur ad 4.

Superquadripartiens, vt 9. ſi ad 5. referantur & ſic deinceps in infinitum.

Sed accipiendæ fractiones & partes aliquotæ quas maximas licet. *Monitum*

Quid ſi maior continet ſæpius minorem?

Continet

Vel adæquatè, & dicitur *multiplus* p.

Duplus vt 4. ſi conferantur cum duobus.

Triplus, vt 18. ſi cum 6. conferantur.

Quadruplus, quintuplus, ſextuplus, &c.

Decuplus, centuplus, millecuplus, &c.

Vel ſæpius, ſed inadæquatè.

Digitized by Google

Tumque { Vel eſt multiplex *ſuperparticularis.* / Vel multiplex *ſuperpartialis*, ſiue ſuperpartiens.

Multiplex ſuperparticularis continet aliquoties minorem, ſępiuſque quam ſemel, & præterea vnam illius partem aliquotam: vt 11. ſi conferantur cum 5. Nam continet bis 5. præterea vnam quintam

Multiplex ſuperpartialis minorem ſæpius complectitur, & præterea duas pluresue illius partes aliquotas:
vt 16 ſi conferantur cum 6.
Nam continent bis ſex, & præterea duas tertias.

Concluſio.

Superpart. eſt vt ſeſquialter.

Vel { *Superpartialis*, vt ſuperbipartiens. / *Multiplus*, vt duplus, triplus. / *Multiplus* ſuperparticularis. / *Multiplus* ſuperpartialis.

Digitized by Google

CAPVT V.

De Analogia & progreſſione.

Quid proportio?

Sumitur {

Aliquando nomen *proportionis* pro ſymmetria, commenſuratione, & ratione commenſurata.

Idque potiſſimũ in noſtro vernaculo ſermone, & ſimilibus: vt cùm negamus proportionem inter longum calceum, & breuem pedem.

Aliquando pro ratione mathematica quauis, tumque eſt aliqua proportio inter breuiorem pedem & longiorem calceum.

Habet ſe {

Vt calceus longus ad breuem pedem.

Ita grandis pileus ad anguſtum caput.

Aliquando ſumitur pro analogia quæ appellatur *proportionalitas.*

Quid analogia?

Eſt duarum rationum identitas, vel ſimilitudo.

Digitized by Google

Eſt quando habet { vt primum ad ſecundum. ita 3. ad 4.

Vt 2. ad 4. ita 6. ad 12.

quale ſopor feſſis in gramine, &c.
tale tuum carmen nobis, &c.

Quotuplex analogia?

Prima diuiſio.

Analogia varia pro varietate { tũ rerum. tum diſciplinarum.

Eſt { Mathematica, Philoſophica, artificioſa. Grammatica vt amo ad amas habet, ita donos ad donas, &c.

Secunda & tertia.

Eſt { Continua vel Diſcreta } { Arithmetica. Geometrica. Harmonica.

Explicatio ſecundæ.

Analogia eſt { *Continua*, vbi vnus terminus duorum fungitur officio, & duplici inſeruit rationi in hunc modum.
vt 2. ad 4. ita 4. ad 8. ſe habet.
vt vicecomes ad comitem, ita Lutetia ad Romam.
vt Lugdunum ad Lutetiam, ita Lutetia ad Romam.
Diſcreta & diſcontinua ea, quæ aliter

habet.p. in hunc modum: vt 2. ad 4. ita 10. ad 20.

vt pater ad filium, ita dominus ad ſeruum.

vt cypreſſus ad virgulta: ita Roma ad alias vrbes.

vt fraxinus ad ſyluas, ita pinus ad hortos.

Explicatio tertiæ.

Cur ſic appellatur geometrica?

Non quia ſola inueniatur apud geometras, nec quia apud ſolos geometras, ſed quia geometræ illa delectantur.

Nam:
- In geometria tres illæ differentiæ inueniuntur, vt & in pondere.
- Et geometrica inuenitur in arithmetica, in numeris, in ponderibus.

Si qui fructus appellantur romani, &c.
Non ideo inueniuntur tantum Romæ.

Cur arithmetica ita appellatur?

Appellatur:
- Non quia ea vtatur
  - ſolus arithmeticus
  - vel ſola arithmeticus.
- Sed quia ea delectatur arithmeticus.

Pariter ſentiendum de harmonicæ appellatione.

Quæ geometrica proportio?

Differunt iſtæ duæ locutionis formulæ.

Qua parte ſuperas Petrum, ego ſupero Paulum.

Quota parte ſuperas Petrum, ego ſupero Paulum.

Nam { Aliud, *autant pour autant.*
Aliud, *tantieſme* pour *tantieſme.*

In proportione { arithmetica / geometrica } idem / ſimile { interuallum.

Geometrica analogia & proportio eſt velut, exemp g.

Vt 2. ad 4. ita 10. ad 20.

vt fundamentum ad domum: ita lex ad rempublicam.

vt amo ad amas: ita dono ad donas.

vt dominus ad ſeruum: ita pater ad filium.

Commutatio proportionis geometricæ.

Licet geometricam analogiam commutare & conuertere in hunc modum.

Digitized by Google

Habent vt { 2. ad 4. ita 6. ad 12.
ergo, vt 2. ad 6. ita 4. ad 12.

2. 4. 6. 12.

vt 1. ad 2. habet: ita 3. ad 4.
ergo vt 1. ad 3. ita 2. ad 4. habet.

Habet { vt pater ad filium : ita dominus ad ſeruum.
ergo vt pater ad dominum: ita filius ad ſeruum.

Pater filius dominus ſeruus.


Quæ arithmetica proportio?

Arithmetica analogia eſt velut ex. g.
vt 2. ad 4. Ita 6. ad 8.
vt 3. ad 6. Ita 12. ad 15.


Quæ harmonica, & muſica?

Harmonica proportio eſt & analogia, quando tres numeri aut termini ſic diſponuntur, vt quemadmodum primus ad tertium ſe habet : Ita etiam ſeſe ha-

beat geometricè diſtantia 1. ad ſecundam, ſeu exceſſus quo primus terminus ſuperatur à ſecundo, ad exceſſum quo ſecundus ſuperatur à tertio.



Vt ſe habent 3. ad 6. ita vnum ad 2. exceſſus primus ad ſecundum.



Vt 4. ſunt 3. pars | $\frac{1}{3}$ | 12.

Ita etiam 2. ſunt $\frac{1}{3}$ | 6.

Quarta diuiſio.

Analogia eſt { Vel *acurata*, p. hęc, vt 2. ad 4. ita 4. ad 8.
Vel *popularis* tantum non accurata p. hæc:

Vt ſe habet Herculis corpus ad pedem eius:

Ita corpus Platonis ad Platonis pedem.

Quinta diuiſio.

Atithmetica analogia cuius propoſitum eſt exemplum aut non

- Tum
  - Vel propriè geometrica,ſeu ita geometrica, vt non ſit harmonica.
  - Vel eſt harmonica.

- Harmonica
  - Vel in rebus muſicis,& ſonis.
  - Vel in rebus aliis p. in politicis.

In his comes,dux,rex,ſunt diſponendi & conſtituendi per harmonicam,non per geometricam proportionem , multoque minus per arithmeticam.

- Nam
  - Non debent ſe habere
    - vt facultates comitis ad facultates regis.
    - Ita facultates ducis ad facultates regis.
  - Sed
    - vt facultates comitis ad facultates regis.
    - ita exceſſus prior ad poſteriorem, id eſt,

Digitized by Google

excesſus quo ſuperantur facultates Comitis à facultatibus ducis ad exceſſum, quo ſuperantur facultates ducis à facultatibus regis.

Ergo non ſic inſtituenda comparatio.

Comes dux, dux, rex: vt comes ad ducem, ita dux ad regem: ſed in ſequentem modum.

Comes dux rex.

Monitum.

Forſan dantur quędam analogię, quæ non ſunt neque arithmeticæ, neque geometricę, neque harmonicæ, ſed tantum quaſi harmonicæ: de qua re monendum aliquid in opticis, &c.

Progreſſio analogica fit quando duę pluresue analogiæ continuantur.

Exemplum arithmeticæ progreſſionis.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

1. 3. 5. 7. 9. 10. 11. 13. 15. 17.

1. 4. 7. 10.

Digitized by Google

EXEMPLVM Geometricæ.

1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128.
2. 6. 18. 54. 162.

Finis communis tractatus diſciplinarum Mathematicarum.

Digitized by Google

TRACTATVS ELEMENTARIS, de re arithmetica.

CAPVT I.

De Numero.

ARTICVLVS PRIMVS.

De numeri natura & conditionibus.

Quid arithmus, & Numerus?

Aliquando concentus, menſura, rithmus.

Nam { generatim vnitas, vel collectio vnitatum.
 { propriè & ſpeciatim, collectio vnitatum, monadum.

Idque { Siue procuretur à natura.
 { Siue per ſolam mentis colligentis operam.

Quæ

Quæ controuerſia non eſt huius loci.

Quotuplex monas ſiue vnitas?

Vna quæ admittit fractionem, partitionem: vt cum dicitur vnus dies, &c.

Altera quæ non admittit: vt cum dicitur vnus angelus, vnus punctus.

Diuidi in infinitum { Vna nequit. / Altera poteſt.

Quot modis conſideratur numerus?

Duobus { abſolutè. / comparatè.

Eſt-ne quid reale, numerus?

Ratione rerum quæ numerantur, poteſt eſſe reale aliquid: vt quando numerantur duo patres.

Ratione formæ, per quam duo aut plura dicuntur vnus numerus, p. vnus ternarius, an ſit quid reale quæritur.

• Credibilius eſſe quid rationale tantum.

Quot modis ſumitur numeri nomen?

Concretè pro numerato numero. vt quando 3. dicuntur numerus.

Abſtractè pro numerante numero vt quando duernio dicitur eſſe numerus.

Multi termini ſumuntur abſtractè & concretè:

vt turp , menſura, magnitudo, de quo Log. & grammat.

Quid pluralitas?

Generatim quæuis multitudo.

Propriè multitudo quæ ſit binario maior.

ARTICVLVS II.

Quotuplex numerus?

Prima diuiſio.

Digitus numerus qui denario minor vt 2. 3. 4.

Articulatus qui denario denariiſue adæquatè conſtat vt 10. 20. 100. 1000.

Mixtus vt 11. 23. 104.

Monitum.

Quod per decadas ſiue denarios numeri recurrant, hoc arbitrarium eſt, & pendens ex inſtitutione hominum.

Memorantur barbari quidam, qui vltra 5. non progrederentur.n. ſine recurſu.

Secunda diuiſio.

Impar numerus, qui mediam vnitatem habet, qui in duas æquales portiones ſine fractione diuidi nequit, vt 3.5.7 9.

Parium { alii pariter pares: vt 4. 8.
alii pariter impares: vt 18.
alii impariter pares: vt 12. }

Digitized by Google

Pares, pariter pares, qui in duas æquales partes vſque ad vnitatem diuiduntur vt 32.

Nam diuiduntur 32. in bis 16. vt 16. in bis 8.

Pares, pariter impares qui ſemel tantum, nec ad monadem vſque in duas ęquas portiones diuiduntur: vt 10. 14. 18. 30. 50. &c.

Pares impariter pares qui ſæpius diuiduntur in 2. æquales partes, non tamen ad monadem vſque vt 56.

Impariũ	Quidam primi, vt 5.
	Quidam medii, vt 9. 25.
	Quidam compoſiti, vt 15. 21.

Primi ſunt quos ſola metitur vnitas, vt 5. 7. 11. &c.

Medij, quos præter vnitatem vnus metitur numerus, vt 9. 25. 25 metimur tum vnitate, tum quinario.

Compoſiti numeri quos pręter monadem 2. pluresue numeri metiuntur.

15. metimur vnitate 3. 5.

21. metimur monade 3. 7.

Monitum.

Inter pares numeros ſolus binarius eſt abſolutè primus.

Digitized by Google

Quot modis dicuntur primi numeri?

Abſolutè vt 7111.

Comparatè, tumque appellantur inter ſe primi, nimirum qui nullam menſuram habent prętervnitatem, vt 9. & 20.

Tertia diuiſio.

Numerus { perfectus, vt 6. 28. 496. / imperfectus, vt 8. / plus quam perfectus, vt 12. }

Perfectus dicitur qui ſuis partibus aliquotis, & menſuris eſt æqualis.

Senarius { menſuratur monade, 2. 3. / eſt æqualis 1. 2. 3. }

Imperfectus eſt maior ſuis partibus aliquotis, 8. pluſquam 42. & 1.

Pluſquam perfectus, qui minor ſuis menſuris ſimul collectis, 12. ſunt pauciora quàm 1. 2. 3. 4. & 6. ſimul ſumpta.

Quarta diuiſio.

Numerus { vel *cardinalis*, proprieque numerus, vt 1. 2. 3. / vel non *cardinalis*, neque ita propriè numerus. }

Quinta diuiſio.

Numerus { vel non componit alterum, vt 8. ſi conferantur cum *6*. / vel componit alterum, vt

4. ſi conferantur cum 8.

Componens { ſi metitur, dicitur pars, & pars aliquota. / niſi metitur, dicitur *partes*, non *pars* proprie, vt 5, ſi cum 8. conferantur.

Numerus { Vel non adiicitur certæ materiæ, & denominationi, vt quando dicimus. 1. 2. 3. 4 / Vel adiicitur & adiungitur certæ materiei numerabili, vt quando dicimus duas horas, duas vlnas.

Materia { vel non eſt menſura: vt Petrus homo. / vel eſt menſura, vt milliare, libra, vncia.

Septima diuiſio.

Numerus { vel non exprimitur differentia geometrica, vt quando dicimus 4. 6. 10. / vel exprimitur & deſignatur differentia geometrica, ſeu pertinente ad magnitudinem & principium eius.

Tumque { Vel eſt inſtar puncti & vnitas. / vel linearis numerus. / vel planus numerus ſiue ſuperficiarius. / Vel ſolidus, & corporeus,

Digitized by Google


Linearis ſuas vnitates aduerſus eandem poſitionem porrigit vniuerſas vt 2. 3. 5.

..;...;.....;

Planus longitudinem & latitudinem obtinet, vt 4. & 6. in hunc modnm.

. . . .
. . . .

Solidus triplicem ſibi vendicat dimenſionem, ſeu longitudinem, latitudinem, profunditatem, vt 8. 20. &c.



Planus { vel omnia latera æqualia habet: vt trigonus, tetragonus, pentagonus, &c. . . . . / vel non omnia latera æqualia habet. }

Solidus vel eſt cubicus, vel non cubicus.

De Tetragono et Cubo.

Tetragonus numerus fit quādo numerus

ducitur in ſe ipſum, ſiue per ſe ipſum multiplicatur.

vt 4. quæ efficiuntur ex bis 2. nouem quæ ex ter 3. 16. quæ ex quater 4.



Radix autem, vel coſta quadrati aut latus dicitur ille numerus, ex cuius multiplicatione naſcitur quadratus,

vt 2: ſi conferantur cum  4.

Cubus autem ſiue cubicus numerus fit, quando quadratus per radicem ſuam multiplicatur.

Multiplica 4. per 2. procreabis 8.

9. per 3. procreabis 27.

25. per 5. procreabis 125.

Quadratus autem numerus cubicus & conſequentes differentiam potiſſimum conſiderantur in algebra.

Octaua diuiſio.

Numerus { vel eſt integer vt 4. 5. 7.
vel fractus vt vna tertia pars, vna 4. vnus gradus, &c.

vel compoſitus ex integro & fracto: vt 4. cum dimidio.

Fractio { vel aſtronomica eſt, & de ea loquemur alibi, vt vnum ſignum, vnus gradus, vna prima, vna ſecunda, &c. | vel non vt 13. vna 4. & dicitur arithmetica. }

Hic { numerator, qui declarat multitudinem partium. | denominator qui partem aliquotam explicat. }

Porro pingitur { numerator ſupra. | denominator infra. } in hunc modum.

$\frac{1}{2}$ videlic. $\frac{1}{3}$ vid. tertia $\frac{2}{3}$ duæ tertiæ.

$\frac{2}{4}$ duæ quartæ $\frac{3}{4}$ tres quartæ $\frac{3}{20}$ tres viceſimæ.

CAPVT II. & Vltimum.

Nomenclatura numerica.

Quot ſunt genera vocum numerum ſignificantium?

1. Quædam ſunt aduerbia, vt ſemel, bis, ſemel, vicies, tricies, quadricies, primò, ſecundò, &c.

Simpliciter, dupliciter.]

2. Quædam ſunt verba, aut participia, vt duplicare duplicatum.
3. Quædam ſunt nomina numeralia.

Quæ ſunt genera nominum numeralia?

1. Quædam cardinalia ſignificant cardinalem numerum: vt vnum, duo, tria.
2. Quædam diſtributiua dicuntur, vt exemp. g. ſingula, bina, terna, dena, vicena, tricentena, centena, ducentena. millia.
3. Quædam ſunt ordinis, vt exempl. g. primus, ſecundus, tertius, decimus.

primarius, ſecundarius, ternarius, &c.
primanus, ſecundanus, tertianus, quartanus.

Digitized by Google

4. Quædam relatiua vt exemp. g. ſimplum, & duplum, ſimplex, & duplex.
Triplum, & tertia pars, centuplex & pars centeſima.

Sed centeſimum interdum ſumitur pro centuplo.

LECTORI
ADMONITIO.

Ne quid tibi deeſſet, ſtudioſe lector, ad perfectam totius Ioannis Craſſotij philoſophiæ compendiariæ cognitionem, ſtatim poſt Phyſicum compendium idoneo ordine breue hoc & communius de negotio mathematico rudimentum excudendum curauimus: eo quod in methodis Philoſophicis hunc ad ſermonem nos idemtidem remittit,

Digitized by Google

eumque prælegere ſolebat antequam opus rei mathematicæ maius, auctoreſque in iſtis diſciplinis celeberrimos, viua voce potius, quam multa dictationum farragine, ſedulò enucleandos ſuſciperet.

FINIS.

Digitized by Google

COMPENDIVM METAPHYSICÆ.

PAVCVLÆ QVÆSTIONES pro præfatione.

Quotuplex methodus, & diſciplina?

Eſt
- Practica
  - *Nihil operis* efficiens, vt ars ſaltandi.
  - *faciens opus*
    - opere vtens, vt politica.
    - non vtens opere, vt architectura.
- Theoretica
  - Mathematica, vt Geometria, arithmetica.
  - Philoſophica vbi phyſiologia cum metaphyſica.

Vnde partitio philoſophiæ theoreticæ?

Accidentia Philoſophia refert ad ſubſtantiam.

Digitized by Google

Subſtantia eſt { vel Spiritus: vt Deus, Gabriel. / vel Corpus: vt plantæ, arbores. }

ſpeculatur { Phyſiologia *corpus.* / Metaphyſica { partim *ſubſtantiâ* generatim. / partim *ſpiritum.* } }

Quid Metaphyſica?

Virtus theoreticæ mentis, per quam comprehenduntur & ſciuntur, tùm ſpiritalia, tùm quę communia rebus ſpiritalibus cum corporeis.

Quomodo vocatur?

Vocatur philoſophia prima, ſapientia, ſcientia philoſophi, theologia, methaphyſica ſeu poſtnaturalis.

Præcedit { Practica diſciplina theoreticam, propter mortalium vſum ac neceſſitatem. / Phyſiologia Metaphyſicam, propter huis difficultatem. }

Quæ Metaphyſicę materies obijcitur?

Ens aliquo compoſitum modo, quatenus ita explicabile vt non deſcendas ad materiæ naturalis concretionem, & infra

corpus [niſi forte definiendo].

Cuiuſmodi res Metaphyſicæ?

Naturales ſunt materiales { Tùm ſecundum rem. Tùm ſecundum rationem & conſiderationem.

Mathematicæ { Sunt materiales ſecundũ rem. Non ſunt, ſecundum conſiderationem.

Metaphyſicæ non ſunt materiales, neque ſecundum rem, neque ſecundum notionem.

Quæ Metaphyſicæ partes?

Prima pars rimatur quæ communia ſpiritalibus cum corporeis.

Secunda res ſpiritales potiſſimumq; Deum.

Tertia à nonnullis additur, quæ exponat res corporeas, ſed non niſi definiendo.

Sanè methodorum conſtitutiones arbitrij humani.

Digitized by Google

LIBELLVS I^mus^.

DE PRINCIPIIS primordijſque rerum.

CAPVT I.

De vniuerſo principiorum genere.

Quid Principium?

Primùm { Negatiuè, id ante quod nihil. / Poſitiuè, poſt quod, aliud. } ἀρχή.

Principium { Aliquando principatus, ἀρχή. / Hic, id vnde quid aliud nimirum principiatum, vt fundamentum, vnde domus. }

Aliquid primum: vnde aliud [eſt] fit] [cognoſcitur.]

Id vnde / *Id ex quo* } ſignificat { propriè principiũ materiale. / latè principium quoduis. }

Digitized by Google

Quid principiatum?

Id quod ex aliquo principio, vel aliquibus principijs.

Principiatum aliquo modo poſterius, quam principium.

Porrò { Vt quid ex multis principiis.
Ita multa vno à principio. }

Quotuplex principium?

Eſt { Poſitiuum, vt Deus, materia, forma.
Negatiuum, vt inopia, tenebræ. }

Eſt { Principians actu, vt architectus ædificans.
Principians poteſtate, vt architectus dormiens. }

Eſt { Cauſſans, vt finis, opifex, materia, forma, exemplar.
Non cauſſans, vt priuatio, & Deus pater quando generat. }

Eſt { Rei ipſius τοῦ eſſe, vt quando ignis dicitur principium fumi, architectus ædificij, flos fructus.
Cognitionis cognoſci, vt quando fumus dicitur principium ignis. }

dominans

Digitized by Google

Eſt { dominans, vt populus Romanus.
Non dominãs, vt cunctus Senatus.

Eſt { Internum, vt anima hominis, ſed ſtrictè tunc ſumitur internum, nam latiſſimè eſt quod intra rem principiatam, vt Deus intra creaturam, punctus intra lineam, animus intra hominem.
Latè quod intra illam, ita vt ipſam aliquo afficiat modo: vt candor intra marmor.
Externum.

Eſt { componens.
non pars.

Eſt { Simplex
Compoſitum } { omnino primum,
nõomnino primũ.

Eſt { Solitarium, neque habens comprincipium, vt pater diuinus generando filium.
Non ſolitarium, &c.

Eſt { Metaphyſicum { *Complexum*, quod axioma.
ſimplex { *Cognitionis*: vt effectus.
Rei, vt genus & differentia.

Non Metaphyſicũ { *Artificioſum*: vt carina. *Naturale*: vt caro, cortex.

Eſt patiendi, finiẽdi, eſſendi, operãdi, &c.

CAPVT II.

De Principiis metaphyſicis, de principio cognitionis, & rei.

Quot ſunt genera Principiorum Metaphyſicorum?

Sunt { Quædam propria rerum ſpiritaliũ p. Angelorum. Quædam ſunt communia rebus incorporeis, cum corporeis.

Quæ { Cognitionis aut Rei } { propria creaturæ, vt opifex, materia cõmunia creatori cum creatura, vt eſſentia, exiſtentia.

Sunt { Communia ſubſtantiæ, & accidenti, vt genus & differentia. Propria ſubſtantiarum: vt natura & hypoſtaſis. Propria accidentium: vt gradus facientes intenſionem, ſiue magis.

Occurrit { Eſſentia, / Exiſtentia } { natura / hypoſtaſis }

Item { indiuiduum / ſingularitas } { potentia / actus }

Item { genus. / differentia.

occurrit { Materia / Forma } { modus / modificabile }

{ terminus. / terminabile. }

Item cauſſæ, vt finis; opifex, exemplar, &c.

Item principia incipiendi, & deſinendi.

De principio cognitionis.

Quid principium Cognitionis?

Signum, quod ſui notione nos ducit in alterius rei cognitionem.

Quotuplex?

Eſt { *Arbitrarium*, vt hedera vini væneuntis. / *Naturale* { *Complexum*, vt omne totum maius eſt parte. / *Simplex*, vt pulſus, fumus.

Cauſſa { Notitię / Rei } ſimplex { Vel tantum cauſſa eſt cur res cognoſcatur, non cur ſit, vt fumus ſi cum igne conferatur. Vel etiam cauſſa cur ſit, vt ignis ſi cum fumo.

Quid principium complexum?

D. { Generatim propoſitio antecedens, vnde naſcitur concluſio. Propriè axioma, ſeu propoſitio prima, certa, & clara citra probationis opem.

Ἀξιωμάτων *quot ſunt genera?*

Duo { Alia non ſunt *metaphyſica*, exempli gratia.

Omnis abies natat.

Calor rarefacit, frigus denſat.

Alia *metaphyſica*, ſed hæc inſeruiunt diſciplinis alijs.

Quotuplex metaphyſicum axioma?

Eſt { Vel primum, in quod omnes probationes diſſoluuntur, quodque non referuntur in vlteriorem probationem. Vel non omnino primum, quod in aliud prius, & antiquius reſolui poteſt.

Vt, *omne totum eſt maius vna ſuarum partium.*

Digitized by Google

Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent æqualia ſunt.

Huc videntur pertinere propoſitiones, vbi definitio prædicatur de definito.

Definitiones ponuntur, non demonſtrantur.

Quodnam primum principium?

Propoſitio, quæ dicitur principium contradictionis.

Contradicentia non ſunt ſimul vera & falſa.

Non ſimul affirmanda & neganda.

Quid contradictio?

Eiuſdem de eodem, ſecundum idem, affirmatio, & negatio.

Quomodo effertur principium contradictionis?

Affirmatiuè } { disiunctiuè }
Negatiuè } { copulatiuè }

{ Logicè.
{ Metaphyſicè.

Res eſt, vel non eſt.

Non & res eſt, & non eſt.

Vel affirmatur, vel negatur, non ſimul affirmanda & neganda.

Fieri non poteſt, vt res ſimul ſit, vel non ſit, &c.

Digitized by Google

Effertur { per ſe & generatim, vt in exemplis ſuperioribus. | per ſuas partes quæ ſunt innumerabiles. }

Res eſt homo, vel non homo.
Non eſt ſimul homo, & non homo.
Vel eſt Deus, vel non eſt Deus.

De principio rei generatim.

Quid principium Rei?

Id vnde aliquid rei componitur, aut prodit ſaltem, ac pendet.

Quæ principes principiorum rei et differentiæ?

Eſt { poſitiuum | negatiuum } { internum | externum } { cauſſans. | non cauſſans. }

item { eſſentia | exiſtentia } { potentia | energia. }

item { genus | differētia, } { materia | forma } { eſſētia | indiuiduatio. }

Item { res modificanda. | modus modificans. }

Digitized by Google

Eſt { Terminus / Terminabile } & cæt.

CAPVT III.

De Cauſſis.

Quid cauſſa, Quid cauſſatio?

Cauſſatio, id quo res eſt formaliter cauſſans, vt animatio.

Cauſſa id ad cuius eſſe, ſequitur τὸ eſſe alterius.

Item, id *propter quod* (le *pourquoy*).

Item, id vnde effectus.

Quid Effectus?

Latè cauſſatum, quicquid cauſſatur. Interdum quod cauſſatur ab opifice, qui cauſſa per antonomaſiam.

Adeſt-ne ſemper, quod cauſſat?

D. { vel per ſe eſt præſens: vt ignis dum comburit. / vel ſaltem per conditionem neceſſariam ad cauſſandum. }

Digitized by Google

Vt exempli gratia
- finis, per notitiam ſui.
- Sol, per lumen productum.
- proiector, per impetum.
- gallina generans per ouum.

Quotuplex cauſſa?

Cauſſa
- energia / poteſtate
- interna. / externa

item
- libera / neceſſaria
- vniuerſalis / ſingularis.

Item
- vniuerſalis, & publica
- ſecunda, & priuata

- naturalis / dianoetica
- totalis / partialis.

Item
- præcipua, vt artifex
- inſtrumentaria, vt malleus

item
- ſecundum ſe / per accidens
- conditionalis vt admotio ligni. / propriè cauſſans vt ignis.

Cauſſa conditionalis, dicitur conditio ſine qua non.

Cauſſa per ſe, quid, quotuplex?

Cauſſa per ſe, ſeu ſecundum ſe, definitur, quæ

quatenus talis, effectum procreat quatenus talem.

Architectus, quatenus architectus, facit domum quatenus domum.

Diuiſio Cauſſæ luculentior?

Cauſſa { per accidens, per *aliud*: vt muſicus ædificans.
vel *per ſe*, & ſecundum ſe: vt architectus ædificans.

Cauſſa { *per ſe*, ſeu per ſe primo: vt architectus ædificans.
vel per *partem* ſui: vt ex. g. artifex ædificans per architectum, homo per manum mouens.
vel per *aliud*, ſiue per accidens: vt muſicus ædificans.

Quò reuocatur ſecundum membrum, n. per partem dum omittitur?

Aliquando ad cauſſam *per ſe*. n. dum hæc ſumitur latè.

Aliquando ad cauſſam per *aliud*. n. dum cauſſa *per ſe*, ſumitur ſtrictè.

Quid cauſſa per ſe?

Strictè cauſſa, quę intendit effectum per

ſe primo, 1. quæ intendit effectum quatenus talis quatenus talem: vt architectus quatenus architectus moliens domum.

Latius quæ id facit per ſe primo, vel per partem.

Quotuplex cauſſa per ſe?

Eſt { vel *primaria* cauſſa, & cauſſa propriè ac per excellentiam: vt finis, opifex, exemplar, materia & forma: ſeu id propter quod, id à quo, id ad quod, id ex quo, id quo.
Vel *ſecundaria*, & primariæ appendix, adiumentum & συναίτιον: vt notitia & appetio finis, malleus & inſtrumentum opificis, imaginatio exemplaris, quantitas & diſpoſitio materiæ, vnio formæ cum materia. }

ARTICVLVS II.

De Fine.

Finis quid, cuiuſmodi?

Finis eſt cauſſa, quæ primo impellit opificem ad agendum, vt ſanitas, honos, pecunia.

Debet cognoſci, videri bonum, appeti, intendi.

Finem { nouerunt / appetunt } { propriè, homo, Deus. / impropriè, lapis, arbor, &c.

Lapis dicitur nouiſſe, & cupere centrum, quia perinde facit, ac ſi noſſet, appeteretque.

Finis { preſens retinet, vt Deus beatum. / abſens attrahit, vt Deus viatorē.

Eſt { prior ſecundum intenſionem. / poſterior ſecundum adeptionem. } quam media, quæ ad ipſum referuntur.

Quotuplex finis?

Eſt { proximus vt curatio, medicatio. / remotus vt ſanitas. } { extremus vt Deus in negotio religionis. / intermedi⁹ vt amare Deum. }

Item { conficiendus vt domus. / comparandus vt Deus } { internus, vide logicum compendium. / externus. }

Digitized by Google

Item { opera vt ſaltare, texere.
opus, vt domus, tela.

Eſt { agere, vt viuere, amare Deum.
egiſſe, vt ædificaſſe.

Item { Quo, vt medicatio.
Propter quem, vt ſanitas.

Finis { *Cui* media ſunt bono, vt ſanitas.
Cui media nō ſunt bono, vt Deus.

Finis { *Cuius* ſeu cui. / *quo.* / *Propter* quē } vt { animus. / videns. / Deum. }

Finis diuiſio altera.

Eſt { Confectio operis, vel actio.
Opus vt ædificium.
Vſus operis, vt habitatio.

Quid hic medium?

Quod vſurpatur ad finem aſſequendum: vt pharmacum, ſectio venæ.

Quid ſignificat particula hæc, propter quid?

ſignificat { Latiſſimè quamuis cauſam.
Latè quemuis finem.
Strictè certum finem.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De Materia, & Forma.

Quid materia, ſeu ſubiectum?

D. { Materia *circa quam*, eſt obiectum, vt ſonus, ſapor.
Materia *in qua*, eſt ſubiectum & hoſpitium accidentis, & formę, vt marmor, vbi durities, frigus, &c.
Materia *ex qua*, eſt id vnde componitur ſitue aliquid, vt ex ære ſtatua. }

Materia in qua { metaphyſica: vt cũ animus dicitur ſubiectum virtutis.
Phyſica, vt corpus hominis. }

Forma quid, quotuplex?

Forma, eſt id quo res eſt proprie, id quod eſt.

Vt { Calor, quo res ſunt calidæ.
Animus, quo res eſt homo. }

Vocatur ratio, energia, & actus, entelechia, endelechia, habitus, eſſe, eſſe quod quid erat, eſſe quod quid eſt. λόγος. ἐνέργεια. ἐντελέχεια. ἐνδελέχεια.

Forma { Metaphyſicè quicquid de eſſentia, definitione rei: vt animus, corpus.
Phyſicè, id quod accedit ad ma-

teriam, vt compoſitum fiat, exempli gratia, figura, animus.

ARTICVLVS IIII.

De Exemplari.

Exemplar quid, et quotuplex?

Exemplar eſt id, ad cuius imitationem fit aliquid.

Eſt { Integrum / Mutilum } { Efficax vt typus typographicus. / Inefficax, vt vultus regis.

Eſt { *Naturale* vt cùm dicitur exemplar filii. / *Dianoeticum* { Externum, vt vultus regis. / Internum, vt imago regii vultus in pictoris mente.

Eſt { Analogum, / vel Synonymum.

Eſt { naturalis opificis: vt quando ignis vnus dicitur exemplar alteri⁹. / vel dianoetici & per mentem operantem.

Digitized by Google

Idea Platonica.

Eſt
- *Idea*, forma exēplaris
- *Idos*, forma operis
- *Ipſe equus.*
- equus vero (idos.

Eſt
- Idea Platonica, vel *efformatio* rei faciendæ in diuina mente. ἰδέα. εἶδος.
- vel creatus aliquis *typus* incorporeus & immortalis quo natura vtatur ad ſimilium rerum procreationem.

Ipſe equus
- Platonicorum interpretatione, eſt typus equorum faciendorum in diuina mente.
- Ariſtotelis interpretatione, eſt quidam equus incorporeus, & æternus, qui perſe eſt equus, & cuius participatione ſenſibiles equi ſunt equi.

ARTICVLVS V.

De Efficiente cauſſa.

Efficiens cauſſa appellatur, principium motionis, principium motus, & quietis.

Eſt
- Præcipua, vt faber.
- Inſtrumentaria, vt malleus

Item
- libera vt homo.
- neceſſaria & naturalis, vt ignis, ſol.

Digitized by Google

Eſt { Publica, ſeu vniuerſalis in cauſſando, & dicitur prima, vt Deus, Rex, Imperator.
Priuata, particularis, & ſecunda, vt equi, arbores. }

primo { Non modo refertur ad effectus plures.
Verumetiam ad plures cauſſas, quas ſub ſe continet, ac fouet. }

Facit { Vel plane omnia, vt Deus.
Vel omnia tantum certi generis, vt ſol omnia quæ in mundo procreantur. }

Secunda cauſa indiget concurſu generalioris ad agendum, & cauſandum, vt homo, equus, legatus.

Prima cauſſa per ſecundam determinatur, ſol indurat lutum, emollit ceram.

Cauſſa efficiens { creata / increata } { cauſſa boni. / cauſſa mali }

item { quod propriè cauſſa:
quod abuſiuè cauſſa. }

Facit { per ſe, ſecundum ſe.
per partem { *Subiectiuam*, vt artifex ædificans per architectum ſpeciem ſui.
integrantem } }

integrantem, vt homo intelligens per animum.

Per accidens: vt muſicus ædificans per architecturam.

Eſt

- heterogenea, vt cùm ſol procreat vuas, flores.
- homogenea
  - generatim, quæ ad talem determinata effectum, vt architectus ad ædificandum.
  - propriè, quæ eiuſdem ſpeciei cum effectu, vt cum homo hominem generat.

Tangit

- per ſuppoſitum, vt ignis lebetem, Deus omnia.
- per virtutem tantum, vt ſol ceram per lumen.

Quid cauſſa per ſe efficiens?

D.

- Naturaliter quæ facit per propriam virtutem, vt ignis combuſtionem per calorem ſuum.
- dianoeticè
  - tum quæ facit per propriam virtutem, ſed cogitationis ope, vt logica ſcientias.
  - tum quæ facit, quæ cogitat &

Pp

intendit, ſed alienam adhibendo virtutem.

Facit
- per ſe agricola fruges, fructus, ſanitatem medicus, ſi loquamur de modo dianoëtico.
- per accidens tantum, ſi loquamur de naturali, nimirum eo modo quo incendiarius facit flammam.

Ars, natura, fatum, prouidentia.

De arte & natura in phyſicis.

Cum quid condenſatur magis, atque magis, non ideo partes ſuperiores ingrediuntur inferiores, per penetrationem magis, atque magis, aut vllo modo.

Quare ſi quid condenſetur in infinitum, id eſt in punctum loci contrahatur, non ideo pars ingredietur partem, ſed remanebit extra partem.

Monitum.

De radiis, & conſimilibus in phyſicis.

Multa metaphyſica ſunt, quæ exponuntur in phyſiologia, quia non habemus ex-

Digitized by Google

perientiam rerum ſpiritualium.

ARTICVLVS V.

DE { *Abſoluto, reſpectiuo.* / *Momentaneo, ſucceſſiuo, permanenti.* / *Continuo, & diſcreto.* }

Abſolutum reſpectiuum.

Abſolutum hîc, id cuius natura non eſt poſita *in relatione*: vt calor, Deus.

Quod *ad aliquid* Siue relatum } { generatim quod eſt alterius, vt pater filij. / propriè quod eſt, *id quod eſt, alterius*, tanquam termini: vt pater filij. }

Relatum { accidentarium / vel non accidẽtarium }

item { merum / vel non } { per ſe / per aliud. }

Cum filio comparatur { pater per ſe: pater eſt pater filij. / homo per patrem: homo eſt pater filij. }

De Momentaneo.

Momentaneum, ſiue inſtantaneum, quod non durat niſi puncto temporis: vt mors

Digitized by Google

hominis, angeli creatio.

Quod permanens, id diutius durat, quàm momento, idque ſecundum eandem partem, aut gradum: vt calor, domus.

Succeſsiuum dicitur in vniuerſali: de qua re alibi, in ſingulari.

Hic { minus propriè ſucceſſiuum, vbi pars ſuccedit parti non pereunti: vt in fluuio.
Propriè, quod naturam poſitam in fluxu habet, ita vt pars ſuccedat parti pereunti, nunquam ſimul habeantur duæ partes æquales: vt tempus, motus. }

Succeſsiua huius generis exiſtunt per terminos indiuiſibiles.

De Continuo & diſcreto.

Diſcreta non cohærent ſibi inuicem, vt exercitus, aceruus lapidum.

Continua contra. Sed continuitas multiplex,

quia { vna per *extenſionem*: vt in linea, ſuperficie, mole, tempore.
altera videtur cogitanda per *intenſionem*, }

vt cum adhęreſcit { lumen ſubiecto. p. aëri.
lumen lumini, intra quod excitatum eſt. }

Digitized by Google

Diſcreta non propriè vnum.

Ens per ſe { omnino ſimplex: vt Deus, animus.
vel ita compoſitum, ex partibus realiter diſtinctis, vt aliquo modo continuentur, & hinc reſiliat noua entitas, aut nouus modus, non duntaxat nouus vſus.

ARTICVLVS VI.

De Ente reali, & rationali ente.

Ens Reale.

Ens reale, quod eſt, vel eſſe poteſt in natura rerum.

Ens rationale, quid?

D. { generaliſſimè, quicquid ad mentem pertinet.
generatim, quicquid ad eam pertinet *obiectiuè*.
propriè, quod ita in mente obiectiuè, vt non poſſit eſſe in natura rerum.

Quotuplex merum ens rationis?

Vel eſt affectio rei cognitæ, tanquam cognitæ, vt abſtractio, prædicatio:

Vel id quod concipitur, nec poteſt eſſe in natura rerum.

Idque
- Siue tanquam priuatio, & negatio concipiatur.
- Siue tanquam relatio, vt ſeruitus, ducatus.
- Siue tanquam quid aliud poſitiuum, vt chimera, quæ concipitur tanquam animal.

De ente rationis, & intentionibus, in Logicis.

APPENDIX AD LIBRI SECVNDI CAPVT quintum.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Ente finito, & infinito.

Infiniti nomen, notio, diſtinctio.

Infinitũ, terminus
- poſitiuus ſi perfectionem:
- negatiuus, ſi imperfectionem

ſignificat.

Finis

Finis ſanè { Nunc perfectio, & abſolutio. | Nunc carentia vlterioris extenſionis. }

Numerabilitas perfectionum { Præſentium perfectio. | Abſentium vero imperfectio. }

Infinitum, infinibileue dicitur, quod fine terminoque caret.

Dicitur {
Negatiuè, quod neque habet, neque habere debet terminos, vt punctus.
Priuatiuè { Secundũ quid, quod difficulter finiri ac menſurari poteſt: vt arena maris. | Abſolutè, ſi quid finiri debet ac poſſit. }
Poſitiuè quod habet partes innumerabiles, ſiue id cuius ſemper aliquid ſecundum quantitatem [generaliſſimè ſumptam] capere licet quod ſit ipſius, vt ſi detur linea conſtans pedibus innumerabilibus.
}

Quotuplex cogitatur infinitum poſitiuè?

Eſt { Omnino & abſolutè infinitum aliquid, Deus vnicus: qui omni genere perfectionis actu eſt infinitus. }

Digitized by Google

Secundũ quid { vt ſi cogitetur lumẽ in ſole infinitum.
Extenſiue vbi partes innumerabiles extra ſe.

Extenſiuè { Poteſtate ſecundum *ſucceſſionem*, vt tempus, motus.
Secundum additionem, vt numerus, magnitudo.
Secundum diuiſionem, vt magnitudo.

Actu & energia, idque propriè, vel impropriè.

Actu { Propriè, quod habet partes ęquales, & perfectiones innumerabiles, vt pedes innumerabiles.
Impropriè, quod innumerabiles ſeu communicantes tantum, vt linea.

Poteſtate { Primò quod eſt finitum, ſed poteſt euadere infinitum actu, idque momento temporis, aut finito tempore. p. ſi hæc columna poſſit hodierno die aſſequi pedes innumerabiles.
Secundò, & frequentius, quod ſemper quidem terminum habet, ſed nunquam plane vltimum, quia ſemper acquirere poeſt vlteriorem: Seu quod acquirere poteſt partes æquales innu-

Digitized by Google

merabiles,ſed non niſi infinito tempore. Linea bipedalis poteſt amplificari hodie, & cras, & ſic deinceps in infinitum, diuinam per virtutem.

Infinitũ { Categorematicè, Syncategorematicè, } videmur duobus modis poſſe interpretari.

Rectius { Categorematicè infinitum. Infinitas ipſa eſt. Syncategorematicè infinitum eſt adiectiuè infinitum, vt cum dicitur aër infinitus.

Frequentius } Sed abuſiuè } Infinitum { Categorematicè, quod actu, & propriè infinitum, vt Deus, linea conſtans pedibus innumerabilib⁹. Syncategorematicè, quod ſemper creſcere, aut decreſcere poteſt, vt numerus, linea.

Infinitas eſt { Vel entis, vt infinitas Dei, vel immenſæ lineæ. Vel nihil, vt infinitas creaturarum poſſibilium non exiſtentium.

{ Cui nihil { detractum eſt } adiungi poteſt }

Infinitum

- vt
  - Infinitus Deus.
  - Infinitum nihil creaturæ ante mundum.
- Cui aliquid aut detra-ctum eſt, aut adiun-gi poteſt, vt infinitū tempus Ariſtotelis.

Item
- Quod relinquitur de infinita linea, poſt detractionem vnius pedis.
- Quicquid creaturæ nunc nō exiſtit, ſed exiſtere poteſt.

Infinita diſtantia
- Nihili
- Bouis
- Hominis

& tamen à Deo diſtat

minus.
- Bos, quam nihilum.
- Homo, quam bos.

Infinitari.

Res duobus modis cogitatur poſſe infinitari,

Nempe
- Priori, ſi ſtatim, aut ſaltem finito tempore partes aſſequatur innumerabiles.
- Poſteriori, ſi ens aſſequatur tantum infinito tempore, ſemper creſcat, aut ſemper decreſcat.

Controuerſia vtrum Deus poſſit aliquam

Digitized by Google

creaturam priori modo infinitare.

De finito.

Finitum ex infinito intelligendum.

CAPVT Sextum.

De Subſtantia, Accidente, concreto, abſtracto.

ARTICVLVS I.

De Subſtantia.

Nomen, natura.

Quid eſt, τὶ ἔστι
hoc aliquid, τόδε τι
Subſtantia, οὐσία,
eſſentia
 { Generatim eſſentia quæuis.
 { propriè, eſſentia per ſe cohærens.

φύσις, natura
Propriiſſimè
 { ſubſtantia categorica.
 { vel ſubſtantia ſingularis.

Quid ſubſtantia categorica?

Id quod prædicatur in quid de aliquo ſuppoſito, p. de bucephalo, aut ipſum ſuppoſitum.

Quid?

Eſt eſſentia non inhærens alteri eſſentiæ.

Idque { ſiue recipiat accidentia, vt ſubſtantia creata. / ſiue non, vt Deus.

De Suppoſito, ſubſiſtentia, perſona.

Natura hîc idem, atque eſſentia, potiſſimumque ſubſtantialis, & quatenus eſt principium operandi.

Singularitas modus & terminus, per quem natura ita habet, vt non poſſit diuidi more vniuerſalis.

Suppoſitum eſt natura ſubſtantialis cum ſubſiſtentia.

Subſiſtentia / *Hypoſtaſis* } Eſt { nunc exiſtentia ſubſtantiæ, cum firmitate ſuperaddita. / nunc ſola firmitas per quam fit, vt non ſit indiga ſubiecti, more accidentium.

Primo natura ſingularis, p. bucephali.

2. Exiſtentia per quam extra nihil & cauſſas.

3. modus ſuperadditus, per quem diſtinguitur ab accidente.

perſona { Si concretè ſumitur, eſt *ſuppoſitũ* rationale, vt Deus, Socrates. / Si abſtractè, eſt illa perſonali-

tas, quæ ſuppoſiti rationalis.

Nonnullis perfecta exiſtentia ſuppoſiti rationalis.

Eſt
- Aliis
  - non exiſtentia ſuppoſiti eius.
  - Sed firmitas, quæ illi ſuccreuit.
- Aliis
  - non exiſtentia.
  - non firmitas, quę communis cum ſubſtantia irrationali.
  - ſed modus *quidam* terminuſue tertius.

Eſt
- Latè ſubſtantia ſingularis, quæ non eſt communicabilis, per modum formæ, aut quaſi formæ.
- Propriè ſubſtantia ſingularis, quæ non eſt communicabilis per modum formæ aut quaſi formæ aut quaſi partis.

ARTICVLVS II.

De Accidente.

Quid Accidens?

Accidens prædicamentale, id quod inhæ-

Digitized by Google

ret rei : vt calor ferro, tanquam ſubiecto inhæſionis.

Exiſtentia accidentis.

In accidente { Primò *eſſentia*, quæ definitione explicatur.
2. *Exiſtentia* communis, cum ſubſtantia.
3. *infirmitas* cum quadam pronitate ad ſubſtantiam. }

Eſt-ne inhærere, de natura accidentis ?

Diſtin. { Si ſumitur pro actuali adhæſione, eſt accidens.
ſi pro vi adhæreſcendi, eſt proprietas quædam.
Si pro radice vtriuſque, eſt de natura. }

Poteſt ne aliquod accidens dimoueri à Subiecto?

Per ſui interitum poteſt, vt calor à ferro.

Sine illo { a Deo omnipotenti poteſt.
à creatura non poteſt. }

Obiectio.

Naturaliter figura equi ſeparatur & manet

Digitized by Google

corrupto equo: Ergo à ſubiecto ſeparari poteſt.

D. { à ſubiecto inhæſionis cui primo, & per ſe inhæret, C.
à ſubiecto denominationis, N. }

ARTICVLVS III.

De Concreto, abſtracto,

Abſtractum { Vel in accidentibus, vt cum auellitur calor à calido.
Vel etiam in ſubſtantiis, vt cum ab animali dicitur animalitas; à colore coloreitas, ratio coloris, &c. }

Philoſophis abſtractum eſſentia formalis. Concretum ſignificatum ipſam, tum illam habet.

In ſubſtantia theologis { abſtractum, vt humanitas, natura, ſiue hypoſtaſis.
Concretum, natura cum hypoſtaſi, non tamen ſemper. }

CAPVT Vltimum.

De rebus incorporeis ſeu Spiritalibus.

ARTICVLVS I.

De toto genere.

Nomen.

Spirituales
- affectiones dictæ, quia ſpiritualium ſubſtantiarum.
- Subſtantię
  - quia creditæ olim cõſtare corpore tenui aëreo ſpirituoſo.
  - Non quia reuera conſtant.

Quid? Quotuplex?

Spiritualis
- affectio eſt accidens rei materia carentis.
- Subſtantia, eſt eſſentia per ſe cohærens, quæ caret materia naturali, ex qua conſtet, aut educatur.

Res ſpiritalis
- vel eſt ſubſtantia, quidue ſubſtantiale.
- vel accidens, quidue acci-

dentariũ,vt mens,voluntas, intellectio.

Subſtãtia ſpiritalis, aut Deus, aut angelus, aut anima noſtra, de qua in phyſicis.

Deus, & angeli communi nomine vocantur *intelligentiæ.*

Subſtantiæ, ſeparatæ, mentes, ſubſtantiæ liberę à materiæ concretione.

ARTICVLVS II.

De Angelis ſeu minoribus intelligentiis.

Natura.

Angeli ſunt ſubſtantiæ planè incorporeę, finitæ tamen.

Compoſitio.

Hîc
- Realis compoſitio ex ſubiecto, & accidente.
- Rationalis ex
  - genere
  - differentia

Item
- eſſentia
- exiſtentia

- natura.
- ſingularitate.

Sunt plures Angeli eiuſdem ſpeciei?

D.
- Quibuſdam reuera ſunt.
- Aliorum opinione, non ſunt, ſed eſſe poſſunt.
- Quibuſdã nec ſunt, nec eſſe poſſunt.

Quæ potiſſimum conſideranda in Angelis?

Cauſſæ, compoſitio, natura, incorruptibilitas, numerus, diſcrimen ab anima rationali.

Item magnitudo, extenſio, figura, locus vbi; ordo.

Item facultates, vt mens, voluntas: & actiones, vt intellectio, irradiatio, motus voluntatis, motus localis, locutio, officia in mundo.

ARTICVLVS VLT.

De Deo.

Nomina.

Deus ineffabilis, i. nullo ſermone planè & omnino exprimi poteſt.

Nomina imponuntur primum creaturis, inde ad Deum transferuntur, vt pater, iudex, opifex.

De Deo { Vſurpanda, quatenus perfectionem arguunt. | Non vſurpanda, quatenus imperfectionem. }

Sunt { Communia cum creatura | Vel Dei propria }

Efferuntur { Abſtractè. / Concretè.

Eſſentia.

Deus à nobis deſcribi poteſt, non defini-
ri. Eſt ſubſtantia increata, infinita, in-
depēdens, omniſciens, omnipotens, &c.
Quicquid in Deo eſt, id eſſentia Dei.
Deus non tam ſubſtantia, quam ſuper ſub-
ſtantia, nempe ſi perpendatur ſubſtantia.

Quid maxime in Deo conſideramus aut circa Deum?

Nomina, eſſentiam, exiſtentiam, compoſitionem, ſimplicitatem, incorporeitatem, vnitatem, potentiam, omnipotentiam, infinitatem, actionem, prouidētiam, beatitatem, locum, perſonas, notitiam Dei, &c.

Exiſtentia Dei.

Vt cæcus { Solem aſpectu, & lumen non vſurpat. / Percipit tamen effectum vtriuſque ſenſu exteriori.

Ita nos { Nullo ſenſu exteriori. / Percipimus tantum effectum Dei, per mundum.

Si quicquid eſt præter Deum, id ſenſibile

foret, videretur offerri occaſio de Deo dubitandi.

Sed: { Pauciſſima ſenſibus obnoxia. / Reliqua ſenſibus ſubduxit Deus, multaque vulgus ſe ſentire putat, quæ non ſentiuntur. p. grauitatem, leuitatem. }

De Perſonis.

De Trinitate ſi quid apud veteres, id ex reuelatione, omnia tamen per congeriem produxit Deus, ne ſolitudinem in Deo cogitaremus.

Creatura, creaturæ eſſentiam largiri ſuam poteſt, largitur Deus.

Sed creatura { Non totam eſſentiam / Sed partem eius }

largitur { amittendo. / non retinendo. }

Pater diuinus totam ſuam largitur Filio, & vterque Spiritui-ſancto, ſed retinēdo.

Perſonæ in diuinis ſunt quid relatiuum.

Diſtinguitur { Realiter à ſe inuicem. / Ratione tantum ab eſſentia. }

Cultus, & notitia Dei.

Notitia noſtra omnis in Deum deſinere debet.

Digitized by Google

Idque { Tum quia Deum noſſe, optimum.
Tum quia creatura imperfectè ſcitur donec illius principes cauſſæ cognoſcantur. }

Cultus legitimus notitiā ſubſequi debet.

De Prouidentia.

Quid ipſa?

D. { In Deo eſt virtus, per quam omnia feruntur in aliquem finem.
In rebus diſpoſitio per quam ſuis quæque ordinibus nectuntur. }

Ex ſeptimo Ethicorum ad Eudæmum.

Si quæ electio, & poſſeſſio eorum, quæ per naturam bona ſunt efficit maximè notitiam Dei, ea optima.

Si quæ hæreſis, & inſtitutio propter exceſſum, & defectum prohibet colere & contemplari Deum, ea praua eſt.

FINIS.

Gratias tibi Domine Iesv.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS CRASSOTII VTILISSIMA QVÆDAM Monita de recolendis inſtitutionibus philoſophicis.

PRIMVM.

PRIMA *eſto cura, vt inſtitutionum teneatur numerus cum titulis, & titulorum ſenſu: vt ſcias imprimis quid compendium, quid philoſophia, & quotuplex, quid logica, quid ethica, quid phyſica, quid mathematica, quid metaphyſica.*

Secunda, vt noueris quot libellis aut tractatibus, inſtitutio quaque contineatur, ſingularum titulos, horumq; ſenſum è contextu repetitum.

Tertia, vt cuiuſq; inſtitutionis tituli principes, cuiuſq; libri & cuiuſq; capitis numerentur, ordineque memoriæ mandentur, ſæpiſsime recolantur.

Quarta, vt eorum titulorum ſenſus repetitus ex ſuo loco conſimiliter in memoriam inſinuetur.

Secundum.

Poſtea ſepoſitis aliis curis, diligentér incumbendum eſt in logicam inſtitutionem, vt librorum capitumque vnumquodque accuratius examinetur, ediſcatur. Sed initio ducto à ſecundo libro, vt qui primus ille

Digitized by Google

excutiatur vltimus.

Tertium.

Conducibile eſt principio communicare operam cum aliquo è condiſcipulis, vel alio eruditiore vt alternatim interroges, alternatim reſpondeas.

Quartum.

Initio interrogabis ex libro ſiue ex ſcripto, ſed paulatim aſſueſcendum eſt memoriter interrogare.

Quintum.

Caue ne reſpondeas ex ſcripto dum interrogaris ab alio. Si reſponſio non occurrat; ſuggerat ille qui interrogat. Suggerat ex memoria ſua, vel ex ſcripto.

Sextum.

Enitendum eſt vt tandem ipſe & interrogandi & reſpondendi memoriter munere fungaris.

Septimum.

Operæpretium id elata facere voce quoties licebit.

Octauum.

Legendum idq; elata ſi licet voce, quotidie aliquid immò multum etiam ex iis quæ tibi præclare tenere videaris, idq; potiſſimum cum ſomnus eſt capiendus.

Nonum.

Sæpe exempla omittenda vt breuitati conſulatur.

Sæpe tum interpretationes, tum exempla potiſſimum dum enarrantur diuiſiones. Sed exempla rarius omittenda quam interpretationes.

Decimum.

Quo quidque generalius, communius, eò ediſcatur diligentius.

Vndecimum.

Ea in quibus hærere te deprehēdis, diligenter recolenda.

Duodecimum.

Quæ altero conſignata charactere, diligentius excutienda.

Digitized by Google

Decimumtertium.

Definitionum & diuiſionum princeps eſto cura.

Decimum quartum.

Ne memoria turbetur, ſeligatur vna è logicis inſtitutionibus, vna ex ethicis, altera omiſſa.

Decimum quintum.

Sic habeto memoriam diligentiſſime colendam eſſe, & à teneris annis, quia ſenectute vis illius eneruatur.

Decimum ſextum.

Quamuis memoria vales, tamen diligentius colenda eſt.

Decimum ſeptimum.

Iube tibi animum contendenti prælegi aliquid, quod ex tempore iiſdem verbis à te proferatur, id quotidie ſæpius fiat, ita vt in dies augeatur verborum à te referendorum numerus, & è veſtigio interpretis officio fungaris, vt rem auditam ſemel aut iterum referas doceas.

Quo genere exercitationis vix vllum præſtabilius.

Decimum octauum.

Cauendum ne vno ſpiritu, vnaque vice legatur, niſi quantum mente & memoria aſſequi potes.

Decimum nonum.

Sententias plures p. tres, quatuor, quinque, aut plures quas iam ſeorſim repoſueris, iubeas recitari ſimul, vt ſtatim coneris ipſe referre ſimul.

Vigeſimum.

Si occurrit dubitatio quam enodare & ſoluere, neque tu poſſis, neque condiſcipulus, referatur in aduerſaria vt peritior aliquis conſulatur.

Vigeſimum primum.

Si tardiori ſis memoria, iubeas aliquid tibi iterum atque iterum recitari vt reponas.

Vigeſimum ſecundum.

Teneantur loci dialectici, ſed frequentetur maxime locus à definitione.

Digitized by Google

Monita.

Vigeſimum tertium.

Aſſueſce ex enthymemate ſyllogiſmum conficere.

Vigeſimum quartum.

Cogita fore vt modus ille quo exerceris, tibi adhæreſcat, ita vt illum exuere vix queas.

Vigeſimum quintum.

Logico in negotio ediſce imprimis quid Logica & quotuplex.

Quid intueri, quid proponere, quid argumentari.

Quid oratio logica, quid definitio, diuiſio, argumentatio, methodus.

Quis terminus ſingularis, quotuplex communis.

Quid homonymus, analogicus, attributiuus terminus.

Quid vniuerſale & quotuplex.

Quid modalis propoſitio & quotuplex.

Quid A. E. I. O. *Quid purpurea &c.*

quotuplex propoſitio coniunctiua.

Quid inductio, quid ſyllogiſmus, & quotuplex.

Quid ſigni ficet triangulus, quo declaratur ſyllogiſmus.

Quotuplex figura ſyllogiſmi, quotuplex modus, barbara, celarent, &c.

Quid demonſtratio, quid ſyllogiſmus dialecticus & quotuplex.

Quot modis locorum claſſes inſtitui poſſint.

Quotuplex methodus, quotuplex diſputandi ratio.

Sed potiſſimum quænam ſunt ſex præcipua capita omnibus artibus inſeruientia ex quibus intelligimus,

quomodo diſſerere oporteat.

quomodo diſſerere liceat ſiue poſſimus.

quomodo diſſeratur.

Vigeſimum ſextum.

Prima lineamenta rerum philoſophicarum quæ in prima inſtitutione continentur, diligentiſſime teneantur.

Digitized by Google

Monita.

Vigeſimum ſeptimum.

Dato operam vt aliquando perturbatè interrogeris.

Vigeſimum octauum.

Cum mediocriter percipiuntur priora, properandum ad poſteriora, ſed ita vt ſæpius reuertaris ad priora.

Vigeſimum nonum.

Quotidie legantur duo vel tres libelli, vel plures, donec pulcherrime teneantur & firmiſſimè.

Triceſimum.

Quo te ineptiorem ſentis ad hæc præſtanda, eo maiore animi contentione in ea incumbe.

Nemo adeo ferus eſt qui non miteſcere poſſit,
Dummodo culturæ patientē commodet aurem.

FINIS.

Digitized by Google

COMMVNES QVÆDAM SENTENTIÆ E MONVMENTIS ARISTOtelis præſertim acroamaticis deſumptæ,

ORDINE ALPHABETICO accuratiſſimè comprehenſæ.

NVMERVS PRIOR LIBRVM, poſterior caput ſignificat.

A

ABSTRAHENTIVM non fit mendacium. ph.2. c.2.

Abſtractum idem eſt, quod eſſe abſtracti: Infiniti eſſe & infinitum idem. 3.ph. c.4.

Accidentia multum conferunt ad cognoſcendum τὸ quid eſt, & οὐσίαν. 1.de an. c.1.

Accretio, & decretio fiunt per interualla. 8.ph. c.3.

Accretio non poteſt fieri ſine locali motu. 1.de gen. c.5.

Accretionem antecedit generatio. 1.de gen. c.8.

Acetum frigore nunquam congelatur. 4. met. c.9.

Digitized by Google

Actio non niſi ſuppoſiti. 5.ph. c.1.
Actio,& paſſio verſantur in rebus ſimilibus *genere*, & *materia*, diſſimilibus *ſpecie*,& *forma*. 1.de gen. c.7.
Actiuorum, quæ formam habent in materia idonea ad patiendum, ea pati poſſunt: quæ non habent, nequeunt pati. 1. de gen. c. 7.
Actiuum non agit niſi contingat paſſiuum, ſuppoſito, vel virtute. 1. de gen. c. 9.
Actio quæuis, & paſſio exitum finemque quærit. 1. de cœ. c. 7.
Actu non habentur ſimul contraria, vt ſtare, & ſedere. 1. de cœ. c. 11.
Aduſtio,eſt nimia aſſatio. 4. met. c. 3.
Aer non perſonat,quia eſt fragilis, niſi id quod percutitur ſit læue. 2. de an. c. 8.
Aer expers eſt ſoni quia diſpergitur. Ibid.
Aer totus parte vna leuiori. 4. de cœ. c. 2.
Aer eſt igni elementari propinquior. 1. met. c. 2.
Aer humidus & calidus ideo vapores habet. 1. met. c. 4.
Aer fluit circulariter, quia cum igne continuus eſt. 1. met. c. 4
Aer ſiccior eſt æſtate. 1. met. c. 12.
Aeternum eſt prius ſecundum tempus non æterno. 8. ph. c. 4.
Aeterna res non eſt poteſtate,non eſt in potentia. 9. metaphy. c. 8.
Aeterna eſſe nequeunt, quæ egent alimonia 3. met.
in Aeternis, dum quid mouetur, reuertitur idem numero. 2. de gen. c. 11.
in Aeternis nihil fortuitum, & ſine cauſa eſſe debet. 2. de cœ. c. 5.
Affectus non ſunt ſeparabiles à ſubſtantia 1. de gen. c.10.

Digitized by Google

Affectus, & re, & ratione ſunt inſeparabiles à materia. 1. de an. c. 2.
Affectus, (vt ira, metus) videntur eſſe quid corporeum, proindeque inſeparabile 1. de an. c. 1.
Agunt multa in ſe inuicem. 3. ph. c. 2.
non Agit quiduis in quiduis, ſed tantum contrarium in contrarium, 1. ph. c. 5.
Agens primum non neceſſariò mouetur; Sed tantú proximum, aut vltimum. 1. de gen. c. 7.
Agens primum non patitur. ib.
Agentia vltima materiam communem habent cum patienti. 1. de gen. c. 7
quod Agit alteratiuè, duplici virtute agit, calore & (vel) frigore. 4. Met. c. 5
Agens principium præſtantius eſt patienti. 3. de an. c. 5
Alimentum initio contrarium, deinde ſimile. 1. de gen. c. 5
ad Alimoniam nihil conducit, ſonus, color, odor. 3. de an. c. 3.
Alimentum quoduis calorem habet. 2. de an. c. 3
Alimonia mutatur, coquitur. 2. de an. c. 3
Alimonia ad animatum eſt relata, non per accidens: ſed per ſe. ib.
Alterationes pertinent ad qualitates patibiles. 7. ph. c. 2
Alterationes continuitatem habent. 7. ph. c. 4
Alteratio alimento præcedit accretionem. 8. ph. c. 7
Alteratio ad qualitates pertinet; non ad eſſentiam. 1. de gen. c. 1
Alteratio requirit ſubiectum vnum vt contrarietas. 1. de gen. c. 1
Alteratio eſt quando non mutatur niſi πάθος, & affectio retinetur ſenſibile ſubiectum, 1. de gen. c. 4

Digitized by Google

Alteratio fieri poteſt ſine locali motu rei quę alteratur. 1. de gen. c. 5

Alteratio dici non debet quãdo fit additio ad αὐτὸ, non ad alterum. 2. de an. c. 5

Amarum id quod incoctiſſimum eſt. 2. met. c. 3

Anima eſt cauſa ſenſionis. 2. de an. c. 4

Anima ſimul cum corpore patitur. 1. de an. c. 2

Anima non mouetur per ſe, ſiue ſecundum ſe. 1. de an. c. 3

Anima non mouet niſi intellectione, & electione, [niſi ſenſu & appetitu.] 1. de an. c. 3

Anima eſt in corpore, non quouis, ſed tali, & diſpoſito. 1. de an. c. 3

Anima per accidens poteſt moueri, dum mouet corpus. 1. de an. c. 4

Anima videtur ingenerari, venire intra, ſubſtantia quædam eſſe, nec corrumpi. 1. de an. c. 4

Animæ egent pluribus differentijs. 1. de an. c. 4

Anima rationalis eſt ſeparabilis. 1. de an. c. 4

Anima non videtur partibilis, aut ſecabilis. 1. de an. c. 5

Anima eſt entelechia, prima, non ſecunda. 2. de an. c. 1

Anima eſt eſſentia corporis phyſici, non artificioſi. 2. de an. c. 1

Anima eſt hoc, quo viuimus, ratiocinamur. 2. de an. c. 2

Anima nulla ſine corpore, quatenus eius energia. 2. de an. c. 2

Animæ ſimpliciores continentur in nobilioribus. 2. de an. c. 3

Anima eſt principium, & cauſa corporis viuentis. 2. de an. c. 4

Anima eſt cauſa ſimpliciter accretionis. 2. de an. c. 4.

Digitized by Google

Anima non intelligit ſine phantaſmate. 3. de an. c. 7
Anima eſt forma formarum. 3. de an. c. 8
Anima vegetatiua eſt principium accretionis, & decretionis. 3. de an. c. 9
Animalia à ſe mouentur. 8. ph. c. 4
Animalia prius ab alio mouentur, quam à ſe. 8. ph. c. 6.
Animalia præſtantiſſima, quæ à ſe ipſis procurant localem motum. 8. ph. c. 9.
Animalia omnia viuunt, mouentur, non omnia ſunt capacia rationis. 1. de an. c. 4
Animalia quęuis, non reſpirant. ibid.
Animalia exanguia ſunt ἄφονα. 2. de an. c. 8.
Animali perfecto, quoduis ineſt ſenſorium ſenſus. 3. de an. c. 1
Animal ſui eſt motiuum, quatenus appetitiuum. 3. de an. c. 1
Animalia imperfecta ſunt, quibus è ſenſibus, non ineſt niſi tactus. 3. de an. c. 11
Animal quoduis ſentire debet. 3. de an. c. 12
Animalibus progredientibus, non ſufficiunt ſenſus, quibus percipiant vicina: ſed requiruntur alij, quibus remota. 3. de an. c. 12
nullius Animalis corpus eſt ſimplex. 3. de an. c. 13
Animalia naſcuntur ex ijs, quę putrent. 4. Met. c. 1
Animalia degunt, vel in aqua, vel in terra, non in aëre, non in igne. 4. Met. c. 4
quicquid Animalium eſt, habet nutritiuum, eoque alitur, quandiu viuit. 3. de an. c. 12
Animatum ab inanimato diſtinguitur per τὸ viuere. 2. de an. c. 2
Appetitus mouet ſine imaginatione. 3. de an. c. 10.
Appetibile vel eſt vere bonum, vel ſpecie tenus. ib.
Appetitiuum mouetur ab appetibili. 3. de an. c. 10.

Digitized by Google

cuiuis ineſt animæ parti. ib.
Appetibile mouet, non mouetur, ſi eſt primum. 3. de an.c.10.
Appetitiuum nihil ſine phantaſia, & imaginatione. 3.de an.c.10.
Appetitus inferior mouet ſuperiorem, aliquando contra. 3.de an.c.11
Aqua eſt materia aëris, quia eſt poteſtate aër. 4. ph. c.5
Aqua grauior aëre vnde procreatur. 3. de cœ. c. 7
Aqua minorem quam aër occupat locum. 3. de cœ. c.7
Aqua à terra ſeparata non eſt. 1.Met.c.2
ex Aqua diſgregata fit aër. 1.Met.c.3
Aquam eleuatam manere impoſſibile. 1.Met.c. 12
Aqua conſiſtens temporibus calidis fit citò calida. 1.Met.c.12
Aqua frigida eſt naturâ, & humida. 2. Met.c.4
Aqua non eſt mollis, quia non cedit intra ſe, ſed tantum extra. 4.Met.c.4
Aqua non denſatur. 4. Met. c.6
Aquea corpora calore tantum denſantur. ibid.
quæ Aquea, ſunt frigida, niſi induerint calorem alienum. 4.Met.c.11
Aqua actiuitate eſt humidiſſima, & humidi principium. 4.Met.c.4
Ars agit propter finem, conſulto, ordine. 2.ph. c. 8
Ars naturę opera perficit vel imitatur. ibid.
Arbitrum ſe, non aduerſarium, præſtare oportet in opinionibus alienis recenſendis. l.de cœ. c. 10
Area fit circa ſplendentia aſtrorum, Solem, Lunam. 3.Met.cap. 2
Areæ citius fiunt circa lunam, quia calor ſolis citius diſſoluit conſiſtentiam aëris. 3. Met. c.3
Digitized by Google

Aſtrum eſt eiuſdem naturæ, cum cœlo, cum quo mouetur. 2. de cœlo c.7
Aſtra rotunda, quia hæc figura maximè illis congruit. 2. de cœl. c.11
Aſſatio eſt à calore ſicco alieno, facta concoctio. 4. Met. c.3.
Atomi nullam in ſe complectuntur inanitatem. 1. de gen. c.7.
Atomus non poteſt intumeſcere, cum atomus non ingrediatur atomum. ibid.
Auditio fit in aëre interiori auris. 2. de an. c.8
Auditur melius, qui conſtitutus in edito loco ab ijs qui ſunt in demiſſo, quam ipſe audiat cæteros, problemate 46. Sect. 11.
Quod Augetur manere debet, ibid.
Auſter tempeſtiem facit. 1. Met. c.11
Auſtralis aër magis in aquam conuertitur, quam borealis, 3. Met. c.6
Aurum non ignitur. ibid.

B.

Binarius numerorum minimus, 4. ph. c. 11
Boreas hyemem facit, frigidus enim eſt, quare exhalationum extinguit caliditatem. 1. Met. c.11
Boreas, velut à frigidis locis proueniens vaporoſus, & frigidus eſt. 2. Met. c.3

C.

Calor, ſi abſque materia foret, nihil pateretur. 1. de gen. c. 7.
Calor eſt animæ inſtrumentum ad accretionem peragendam. 2. de an. c. 4.
Caloris incrementum, & decrementum prouenit ex ſolis acceſſu, & receſſu: proindeque ex lumine. 1. Met. c. 4
Calor & frigus ſunt actiuæ qualitates. 1. Met.

Digitized by Google

Calidum eſt paſſio quædam ſenſus. 1. Met. c. 4

Omne calidum ſurſum natum eſt ferri. 1. Met. c. 5

Calida aqua facilius congelatur, & citius. 1. Met. c. 12

Caligo eſt nebulæ decidentia. 1. met. c. 11.

Caligo ſignum magis eſt ſerenitatis quam aquarum. ibid.

Caligo eſt veluti nebula ſterilis. 1. Met. c. 11

Caput in animali eſt ſupra. 2. de an. c. 4. in plantis vero contra.

Categorematis nihil eſt commune ſynonymè. 3. ph. cap. 1

Cauſa agens actu, & ſingularis ſemper eſt cum effectu, & reciprocatur. 2. ph. c. 3.

Cauſa per ſe prior eſt quam cauſa per accidens. 2. ph. c. 6.

Cauſa dianoetica [1. mens] operatur alicuius rei gratia. 2. de an. c. 4

Caro mollior index ingenij acuti. 2. de an. c. 9

Caro non eſt inſtrumentum vltimum tactus. 2. de an. c. 11. & 3. de an. c. 2.

Celerius quid, aut quia mobilius, & grauius, aut quia medium per quod fertur minus obſiſtit. 4. ph. c. 9

Celeriora prius abſoluunt eandem æqualemue partem ſpatij. 6. ph. c. 2

Clarum id quod ſecundum rationem cognoſcibilius, notius. 2. de an. c. 2

Circulus planarum figurarum prima eſt. 2. de cæ. c. 4

Coctio caloris eſt, incoctio frigoris. 4. Met. c. 2

Cœlum, [1. vniuerſus mundus] non eſt alicubi. 4. ph. c. 4

Cœleſtis motus eſt menſura cæterorum. 8. ph. c. 9

Cœlum vere materia conſtat. 3. de cœ. c. 9.

Cœlum eſt corpus naturale. 3. de cœ.

Digitized by Google

Cœlum eſt diuerſæ naturæ à quatuor vulgaribus elementis. 1.de cœ. c.2
Cœli motus eſt æternus, perpetuus, æquabilis. 1.de cœ. 2.
Cœlum nec graue, nec leue. 1. de cœ. c.3
Cœlum ingenerabile, incorruptibile, quia caret contrarietate. ib.
Cœlum non alteratur, quia expers patibilium qualitatum, ibid.
Cœli opifex Deus. 1. de cœ. c. 4
Cœlum decurrit finito tempore ſubiecta ſibi corpora. 1.de cœ.c.5
Cœlum quieſcit ratione totius, mouetur ratione partium. 1. de cœ.c.9
Cœlum ingenitum, incorruptibile, integrum, ſempiternum, abſque fine & principio, infinitæ durationis. 2. de cœ c.1
Cœli longitudo à polo extenditur ad polum: latitudo ab Oriente, in Occidentem. 2.de cœ.c.2
Cœleſtia quieſcere non poſſunt. 2.de cœ. c.3
Cœlum eſt primum corporum. 2.de cœ.c.4
Cœli figura eſt circularis. ibid.
Cœli ſupremi conuerſio non habet ſtatum, contenſionem, remiſſionem. 2. de cœ. c. 5
Cœlum eſt vnum principium, & efficiens cauſſa corporum inferiorum. 1. Met. c. 2
Cœlum eſt cauſa omnium motuum. ibid.
Color eſt quid viſibile. 2. de an.c.7
Color eſt quid motiuum rei actu tranſparentis. p. aëris illuſtrati. ibid.
Colorabile colore vacat, & eſt tranſparens poteſtate, non actu. ibid.
Color propriè dictus non conſpicitur, niſi in lumine. 2.de an. c.7.

Digitized by Google

Combuſtibilia ſunt ea quæ habẽt meatus directos, quibus concipiant ignem. 4.Met.c.9

Comburuntur quæ in cineres reducuntur. 4. Met. cap. 9

Quæ Comparantur non debent eſſe homonyma. ph. 7. c. 4.

Communia prius conſideranda, quam propria. 3. ph.

Concreſcunt, quæ aquea, & terrena. 4.Met.c.6

Concreta frigore, calore ſoluuntur, & contra, ibid.

Confuſa ſunt principio notiora nobis. 1.ph.c.1

Condenſatio poteſt fieri ſubtilium corporum extenſione. 4.ph. c.9

Congenita & connaturalia, vt partes aëris, non patiuntur à ſe inuicem, ex petunt coniunctionem. 4. ph. c. 4

Congregata non conſtat ex indiuiſibilibus. 1. de gen. c. 2.

Congregata difficillime corrumpuntur. 1. de gen. cap. 2.

Congregatio eſt mixtio quædam. 1.de gen.c.6.

Condenſatio ſola corporis non auget grauitatem. 3. de cœ.c.1

Nemo Condemnandus indictâ cauſa. 1.de cœ.c.10.

Contraria ſunt, quæ in natura rerum, aut ex contrarijs. 3.ph.c.5

Contraria duo indigent ſubiecto vno. 3.ph.c.6

Contraria ſunt ſub eodem genere proximo, & remoto. 1. de gen. c.7

Contraria non poſſunt eidem ſecundum idem ſimul ineſſe actu. 1.de gen. c. 8. & 2.de gen.c.4.

Contrariorum contrariæ ſunt cauſæ. 2.de gen.c.10.

Inter Contraria intercedere poſſunt media duo, aut plura. 4. de cœ.c.5

Digitized by Google

In Contradicentibus nihil eſt medium. 5. ph. c. 3
Contiguarum rerum extremitates ſunt ſimul. 4. ph. cap. 4.
Res Contactu agit. 1. de gen. cap. 8
Contemplatiò fit ab obiecto interiori. 2. de an. c. 5
Quod Continetur, non poteſt quiduis magnitudine ſuperare. 3. ph. c. 7
Continet id in quo eſt aliquid. 4. ph. c. 11
Continuitas non efficitur dum extrema duo manent duo. 5. ph. c. 3
Continuum diuidi poteſt in ea ex quibus coaluit. 6. ph. c. 1
Continuum omne diuiſibile eſt in infinitum. 6. ph. cap. 5.
Continuum non patitur ab eo qui continuum eſt in homogeneis. 1. de gen. c. 9
Continentes obtemperant; non cupiditati, ſed rationi. 3. de an. c. 9
In Contingentibus ex poſteriori neceſſario colligitur prius non contra. 2. de gen. c. 11
Ex Contingentibus futuris, nihil ſingulare neceſſario futurum eſt. 2. de gen. c. 11
Conuerſioni nhil opponit ur. 1. de cœ. c. 4
Quod conuertitur tantum, non mutat locum. 2. de cœ. c. 8
Conuerſio poteſt perpetua eſſe. 8. ph. c. 2
Quæ coquuntur omnia conſiſtere nata ſunt. 2. Met. c. 3.
Omne corpus ſuperficie finitur 3. ph. c. 5.
Omne corpus ſenſibile per naturam eſt capax loci alicuius certi. 3. ph. cap. 5
Corpus quoduis mobile, per accretionem, & decretionem eſt in loco. 4. ph. c. 4
Corpora duo per penetrationem ſimul eſſe non poſſunt. ibid.

Digitized by Google

Corpus quo maius, & graue, eo magis motiuum. 8. ph. c. 10.
Corpus naturale eſt ſubiectum aliarum mutationum. 1. de gen. c. 4
Corpus nullum inſenſibile. 1. de gen. c. 5
Corpus ſenſibile contrarietatis eſt particeps. 2. de gen. c. 1
Corpus per animam continetur, ſoluiturque egreſſu animæ. 1. de an. c. 5
Corpus ſimplex non admittit tactum. 3. de an. c. 12
Corpus ſimplex per ſe principum habet motus naturalis. 1. de cœ. c. 2
Corpus quoduis diuiſibile. 3. de cœ. c. 7
Corruptibile, & incorruptibile differunt genere, ſpecieue. 1. Metaphyſicæ, c. vlt.
Corruptionis cauſa eſt receſſus ſolis. 2. de gen. c. 10.
Corruptio fit cum humidum validius, calore deficiente. 4. Met. c. 1
Corrumpitur minus quod mouetur ac fluit, quam quod quieſcit, hyeme quam æſtate, id cuius magna eſt moles, quam id cuius exigua. 4. Met. c. 1.
Nihil creſcit & decreſcit, niſi nutriatur. 2. de an. c. 4
Crudorum ſuccus pertenuis, calidusque eſſe conſueuit. 4. met. c. 3
Dum Creſcit vnum corpus, alterum cedit per condenſationem. 4. ph. c. 5
Cupiditas eſt ira, & voluptas. 2. de an. c. 3

D.

Definitio diſtincte ſignificat partes coagmentatas. 1. ph. c. 1
Definitio rei numquam cõuenit vni eorum ex quibus componitur. 1. ph. c. 3
Definitio principium eſt omnis demonſtrationis. 1. de an. c. 2

Digitized by Google

Definit dialecticus per formam,per genus, &[differentiam] phyſicus per materiam. 1 de an.c.2
Vt Definitio ſit accurata non opportet ſolùm rationem definitiuam declarare τὸ ὅτι: Sed etiam τὸ διότι. 2.de an. c. 2
Delectari & dolere eſt operati mediante ſenſu, circa bonum & malum. 3.de an. c.7
Denominatur vnumquodque aptiſſimè à fine ſuo. 2. de an. c. 4.
Denſitas deorſum inclinat propellens. 1.met. c.5
Denſitas fit humorem exprimente calore.4.met.c.6
Decrementum fit quando minus nutrimenti additu,rquam ſubſtantiæ deperdatur. 1.de gen.c.6
Deus neque quieſcit,neque mouetur, ideo non eſt in tempore. 4.ph. c.12
Deus & natura nihil faciunt fruſtra. 1.de cœ. c. 4
Dei operatio eſt immortalitas. 2. de cœ. c.3
Dextrum, & ſiniſtrum differunt,non figura: ſed vi & robore. 2. de cœ. c.2.
Dianoea vti, amare & odiſſe non ſunt πάθος animæ rationalis. 1.de an. c.4
Didaxis eſt energia docentis,in diſcente. 3.ph.c.3
Diſſimilare totum non eſt proprie vnum: ſed conſtat partibus contiguis, non continuis. 3.ph.c.5
Diſſimilaria ſunt ſimilaribus notiora, ratione noſtri. 4. met. c. 12
Diſparatum non agit in diſparatum. 1. de gen. c.7
Diſtantia plurimum ſunt quæ ſecundum diamemetrum diſtant. 2.met. c.6
Quod Dicitur de parte notabili,dicitur de toto. 4.ph. c. 3
Quod Diuiduum per ſe, id magnitudo, aut numerus. 3.ph.c.4
Diuiduū dum eſt aliquid tunc ſunt illius partes oēs,

Digitized by Google

aut ſaltem aliquæ. 4.ph. c. 10
Diuiduum non poteſt vnico contineri termino. ib.
Diuiſibilia facile coëunt ad mixtionem. 1. de gen. cap. 10
Quod diuinum eſt, id mutatione vacat. 1. de cœ. c. 9
Quæ Differunt ſubiecto differunt numero. 5. ph. cap. 4
Diuiduum eſt id cuius data qualibet parte, minor dari poteſt in infinitum. 6. ph. c. 2
Vbi Dolor, & voluptas, illic appetitus. 3. de an. c. 11
Duo non dicuntur omnes, ſed ambo. 1. de cœ. c. 1
Durum & molle debent habere partes. 3. de cœ. c. 3
Durum eſt quod in ſe per extremitatem non cedit. 4. met. c. 6

E

ANte Ecclipſes fiunt venti. 2. met. c. 8
Effectus perpetui perpetua cauſa. 8. ph. c. 6
Efficiens cauſa eſt principium motus, non finis. 1. de gen. c. 7
Effectus cauſam imitatur. 2. de gen. c. 11
Eidem eadem omnia conueniunt. 3. ph. c. 5
In Elementa quatuor omnia reſoluuntur. 3. ph. c. 5. & 3. de cœ. c. 3
Elementum nullum infinitum eſt. ib. & 1. de cœ. c. 6
Omne Elementum præter ignem in ſuo loco conſtitutum tendit, & nititur deorſum, grauitat. 4. de cœ. c. 4
Elementa ſunt tangibilia, per ſe vero expertia odoris, ſaporis, &c. 2. de gen. c. 2
Ex vario elemento fieri aliud poteſt. 1. de gen. c. 1. & 3. de cœ. c. 6. & 1. met. c. 2
Elementa quibus vtimur ſunt mixta. 2. de gen. c. 3.

Digitized by Google

Elementum quoduis,inquoduis mutari poteſt mediate, vel immediate. ibid.
Elementis non conuenit motus ſimplex, 1. de cœ. c.2.
Elementa ſunt generabilia corruptibilia, alterantur. 1. de cœ.c.3.t.20
Elementa figurantur à continenti corpore: ideo non habent propriam formam cui addicantur. 3. de cœ. c.8.
Elementum ſuperius eſt inſtar formæ, inferius inſtar materiæ 4.de cœ.c.3.
Elixabilia ſunt ea,quæ humorem internum habent. vt ab igneo calore,qui exiſtit in humore pati poſſent. 4.met.c.7.
Elexabilia,quæcumque ſunt paulo craſſiora. 4. met. c. 3.
Eius quod Elixatur humor internus eijcitur foras. 4. met. c.3.
Ens vt materia generatur tantum per accidens. 5.ph. cap. 1.
Εντελέχια eſt λόγος, & ratio rei proprie exiſtentis. 2. de an. c.4.
Error initio magnus, progreſſu efficitur maior. 1. de cœ. c.5.
Eſſentiam non habet id cuius partes non ſunt.4.ph. c.10.
Eſſe melius,quam non eſſe.2.de gen.c.10.
Eſſentia principium eſt omnis demonſtrationis,1.de an. c. 10.
Eſſentia eſt cauſſa τȣ͂ eſſe,vt calor τȣ͂ calere,2.de an. c. 4.
Extremum eſt contrarium alteri extremo cuius eſt. 5.ph. c.3.
Exiſtimatio non eſt omnium animalium, 3. de an. c. 3.

Dum Exiſtimatione iudicamus aliquid bonum aut Malum, perturbamur. ibid.
Exhalationis natura eſt calidum, & ſiccum 1. met. c. 4.
Exhalatio potentiâ eſt veluti ignis. ib.
Exhalationem neceſſarium eſt fieri calefacta terra: 1. met. c. 5.
Excrementum animalium eſt amarum, & ſalſum. 2. met. c 2.
Excrementum alimenti humidi eſt incoctiſſimum. 2. met. c. 3.

F

FAcultas prior actu, aut priuatione eius, 2. de an. c. 1.
Quod Factum genitumue eſt, id Ariſtoteli corruptibile. 8. ph. c 10.
Fames eſt cupiditas calidi, & ſicci, 2. de an. c. 3
Fides ſequitur opinionem, non imaginationem. 3. de an. c. 3
Fides nulli belluarum ineſt. ibid.
Figuræ ſimpliciores continentur virtute in ſequentibus. 2. de an. c. 3. ſunt aliarum elementum 3. metaphy. c. 3
Figuræ primæ ſunt finitæ & determinatæ. 3 de cœ. c. 4
Quod figuras omnes percipere poteſt, id per ſe omnium eſt expers. 3 de cœ. c. 8.
Figura cauſſa eſt non quod res feratur: ſed cur celerius tardiuſque. 4. de cœ. c. 6
Figura eſt terminus rei locatæ. 4. ph. c. 4.
Finis non quod vltimum tantum; ſed quod bonum, & optimum. 2. ph. c. 2
Fine poſito, neceſſario ponuntur quæ ad finem, non contra. 2. ph. c. 9
Finis principium eſt deliberationis quæ actionem

antecedit. 2.ph.c.9
Finitum finito additum facit tantum finitum.3. ph. c. 5 & 5. ph. c. 7.
Finita virtus ſi multiplicetur in infinitum,euadit infinita. 8. ph. c. 10
Finitum terminis clauditur 1. de cœ. c. 5.
Finitæ magnitudines,quarum loca ſunt finita. 1. de cœ. c. 6.
Finiti ad infinitum nulla proportio. 1. de cœ.c.6.
Flamma eſt ſpiritus ſicci ardor 1. met.c. 5.
Fluuij areſcunt cum delentur fontes. 1.met. c. 14
Fluuiorum maximi qui longe per concauum fluunt. 2. met. c. 2
Flatus eſt ſicca & calida exhalatio. 3. met.c.1
Fluuij maximè è montibus oriri videntur. 1. met. c. 13.
Fons confluit ad modicum; ex multis humiditatibus. 1. met.c. 13.
Fontanæ aquæ omnes fluxibiles. 1.met. c.1
Forma & priuatio illi oppoſita accidunt materiæ. 1.ph. c.7.
Forma eſt magis proprie natura quam materia. 2. ph.c.1
Forma finis eſt,& quid immobile.2.ph.c.7.& 2. de gen. c.9.
Formę eſt ſolius continere determinate. 3. ph. c. 7.
Forma non habet ſupra & infra. 4.ph.c.2
Forma naturalis eſt corruptibilis. 1.ph.c.9
Fortuiti eiuſdem effectus cauſſæ eſſe poſſunt innumerabiles. 2.ph.c.5.
Fortuna & caſu dicuntur ea quæ ſunt propter finem,ſed per accidens. 2.ph.c.5
A Fortuna & caſus ſunt cauſę per accidens. ibid.
Fortuna & mens verſantur circa idem. 2. ph.c.5

Fortuna cauſa eſt rei indefinitæ. ibid.
Fortuna non niſi in his quæ poſſunt eſſe fortunata, & agere ex deliberatione. 2.ph. c.6
Fortuna fit quod præter mentis intenſionem. 2.ph. c.6
Frigus calefacit per antiperiſtaſim. 4. Met. c.5
Frangibilia quæ facile in duas partes diuiduntur. 4. Met. c.9
Friabilia quæ facile in plurimas partes diuiduntur: difficulter in duas. ibid.
Fumus ex aëre efficitur, & terra. 2. de gen. c. 4
Fulmina deorſum cadunt. 1. Met. c.5
Fumus eſt calidus & ſiccus. 2. Met. c.4
Fulguratio fit propter frigidum. 2. Met. c.6
Fulgetrum nō adurit propter tenuitatem. 3. Met. c.1
G
In GEneſi aliquid eſt ſubiectum, quod ſemper numero ac ſuppoſito vnum eſt. 1.ph.c. 7. & 1. de gen. c.2
in Generatione naturali inuenitur ordo. 2.ph. c. 8
in Genere latet homonymia. 7.ph.c.4
Genera non ſunt diuulſa à ſpeciebus. 3. Met. c.3
Generatio ſimpliciter ex non ente ad ens, nulla eſt. 1. de gen. c.3
Generationis & corruptionis materia eſt eadem. 1. de gen. c.3.
Generatio eſt cum mutatur totum ſubiectum nullo ſenſibili ſubiecto remanente. 1. de gen. c.4
Generatio poteſt fieri ſine locali motu rei quæ generatur. ibid.
Generationis, & corruptionis perennitas datur. 2. de gen. c. 10
Generationis cauſa eſt acceſſus ſolis. ibid.
Generare eſt opus maxime naturale rerum viuen-

tium. 2. de an.c.4. t.34

Generatio fit cum calor & frigus exſuperant. 1. Met. c.1

nihil Generat ſeipſum: ſed ſeruat aliquid ſeipſum. 2. de an.c.4

Generatio naturalis fit per ſucceſſionem. 1. Met. c.14

Globus innumerabilibus modis poteſt conuerti, quia diametri innumerabiles inſunt. 2. de cœ.c.5

Grauia & leuia ab alio mouentur, nunc natura, nunc vi. 8. ph.c.4

Graue & leue non ſunt qualitates, neque actiuæ, neque paſſiuæ. 2. de gen.c. 2.t.8

Graue eſt quod ad medium, centrumue ferri aptum eſt. 1. de cœ. c 3

Grauitas impetu augeretur in infinitum, ſi grauia ferrentur in infinitum. 1. de cœ. c.8

Grauitas non augetur niſi adiunctione grauitatis, 3. de cœ.c.1.

Grauia, leuia mouentur à generante. 4. de cœ. c.3

Graue quod omnibus ſubſtat. 4. de cœ.c. 4

Graue habet grauitatem in ſuo loco, leuitatem vbi natare poteſt. ibid.c.5

Grando eſt glacies quæ fit vere, & autumno dum matureſcunt fructus. 1. Met.c.12

Grando eſt rotunda, quia fertur eminus ad terram. 1. Met.c. 12

Guſtus eſt quidam tactus. 2. de an.c.3

Guſtus & tactus non poſſunt fieri in aqua, nec in aëre. 2. de an. c.11

Guſtus neceſſarius eſt cuiuis animali. 3. de an. c. 12

Digitized by Google

H

HAbitus diuerſitas arguit diuerſos actus, vnitas vero non: vnus viſus non ideo vnum videre. 5.ph.c.4

Habitu comparato ceſſat motus. 1.de gen.c.7

Harmonia vel eſt ratio mixtorum, vel compoſitio. 1.de an.c.4

Harmonia non mouet. ibid.

Homogenea debent moueri ab alio, quia in ijs non inuenitur ea partium diſtinctio, quæ in animalibus: non eſt potior ratio cur vna moueat, quam cur altera. 2.ph.c.4

Homo eſt *μικρόκοσμος*. 8.ph.c.2

I

IDem quatenus idem, facit idem. 2.de gen.c.10.

Idem poteſt eſſe ſimul actu & poteſtate, non eodem, ſed diuerſo tempore aut ſecundum diuerſas partes. 3.ph.c.1

Ignis eſt exceſſus caloris. 2.de gen.& 1. Met. c.4

Ignis ſolus inter elementa nutriri dicitur. 1. de gen. c.8.

ex Igni neque ex glacie quidquam gigni poteſt: niſi ſoluantur. 2.de gen. c.3

Ignis accretio in infinitum abit, quatenus adeſt pabulum. 2.de an.c.4

Ignis cernitur, & in lumine, & in tenebris. 2. de an. c.7

Ignis quo maior, eo leuior. 4.de cœ. c.2

Ignis fertur circulariter circa terram. 1.Met.c.4

Imaginatio omnium eſt animalium. 3. de an. c.3

Imaginatio eſt quædam motio. ibid.

Digitized by Google

Inanitas non fertur ſurſum, vt ferri leuitas ſolet· 4. de cœ. c.2.
vbi Incrementum & decrementum, illic alteratio, ortus interitus. 1. de cœ.c.3
Inane nec amoueri poteſt, nec in ipſo quicquam moueri. 4.ph.c.9
Incrementum fit etiam ſine materiæ acceſſione, vt cum aqua intumeſcit. 4.ph.c.7
Indiuiſibile vt punctus eſt finis,& terminus, non finitum,& terminatum. 3.ph.c.2
In indiuiſibili neque eſt primum neque extremum. 6.ph.c. 1
Indiuiſibilia moueri nequeunt proprio motu,6. ph.c.10.
Indiuiſibilia ſigna in continuo ad vtramque pertinent partem. 8.ph. c.8
ad infinitum nulla ratio. 8.ph.c.2
Infinitum non componitur ex finitis. 6. ph.c.7
Infinitum ſciri non poteſt. 3.ph.c.5
Infinitum non eſt principiatum, cum termino careat 3.ph.c.4
Infinitum eſt quantum, ideò diuiſibile. 3. ph. c.4
Infinitum non poteſt habere præfinitum locum, quandoquidem medium habere nequit. 3.ph. c.5
Infinitum non poteſt agere, nec pati finito nec infinito tempore. 1.de cœ. c.7
probationes huius ſententiæ repetendæ ex Ariſtotele.
Infinito nihil potentius. 1.de cœ.c.7
Inſtans non eſt pars temporis. 4.ph.c.10
Inſenſibilium cauſa ſufficienter demonſtrentur, ſi ad poſſibile reducatur. 1. Met.c.8.
Intelligentiæ ſunt expertes materiæ. 6. Metaph. c.6.

Digitized by Google

Intelligentiæ diſtinguuntur ſpecie. 12. Metaph.
Interitus vnius rei, eſt alterius ortus. 1. de gen. c. 3
Intellectus non eſt continuus proprie, vt magnitudo. 1. de au. c. 3
Intellectiones tum practicæ tum theoreticæ, non ſunt perennes. 1. de an. c. 3
Intelligere cum quis voluerit, eſt in ipſo ſitum. 2. de an. c. 5.
Intelligimus vera recte, ſcientia, prudentia, opinione. 3. de an. c. 3
Intelligere eſt ſentire, & quoddam pati. 3. de an. c. 4
Intellectus organo caret. ibid
